uemus vt integer ſpiritus noſter et anima et corpus in diem chriſti ſerue/
tur. Orige. Triduum iter proficiſcimur de egypto: ſi rationabilem: mora
lem: naturalem ſapientiam de rebus mundialibus auferentes ad inſtituta
diuina conuertimus. Tridui iter de egypto proficiſcimur: ſi purificantes
in nobis dicta facta vel cogitata (Tria ſunt enim hic per que homīes pec
care poſſunt) efficiamur mundi corde: vt deū videre poſſimus. Princeps
vero egypti vbi videt ſe vehementius vrgeri: vt dimittat ppl'm dei: ſecun
do loco cupit impetrare: vt nō longius abeant: ne totum triduum profici/
ſcantur. Dicens non longe abeatis: non vult longe a ſe fieri populū dei:
Vult enim ſi non in facto vel in ſermone peccare. ſi non in ſermone: vel in
cogitatione. Non vult vt totū triduum a ſe proficiſcantur. Vult in nobis
vel vnum diem in aliis duos. In aliis totum triduū poſſidere. Beati illi
qui ab eo totum triduum recedunt.
d Viam trium dierum in ſolitudinem ⁊c. Iſid. Viam trium dierum am/
bulamus. exeuntes de egypto: vt ad locum perueniamus vbi īmolare de/
Joh. 14.a bemus domino. Hec via chriſtus eſt: qui ait: Ego ſum via veritas et vita.
Qui enim confeſſus fuerit chriſtum ore: et crediderit corde q deus illum
ſuſcitauit tertia die: ſaluus erit perueniens ad locum in quo immoletur ſa
crificium laudis. Strabus. Viam trium dierum in ſolitu. ⁊c. Tertia mā
ſione. poſtq̄ tranſierunt mare rubrum: peruenerūt ethan: qui locus etiam
mara vocatur: propter amaras aquas. Vel trium dierum: id eſt triū men/
ſium: quia tertio menſe poſtq̄ de egypto exierunt peruenerūt ſyna vbi ſa/
crificauerunt et legem acceperunt: vbi erectum eſt et tabernaculum.
Orige. Nunc quoq moyſes quem habemus nobiſcum: habemus enim
moyſen et prophetas: id eſt lex dei vult te educere de egypto: ſi audias eū
vult te longe facere a pharaone: eruere de opere luti ⁊ palearum. ſi tamen
audias et ſpiritaliter intelligas: non vult te in carnis et in tenebrarū acti/
bus permanere: ſed exire ad heremum: ad locum ſcilicet ꝑturbatiōibus et
fluctibus ſeculi vacuum: et ad quietem ſilentii. Verba enim ſapientie in ſi
lentio et quiete diſcuntur. In hoc loco poteris domino immolare: legē dei
et virtutem diuine vocis agnoſcere. Ideo cupit moyſes te eiicere de flucti/
bus negociorum et ſtrepitu populorū: et de egypto: id eſt de tenebris igno
rantie: vt legem dei audias: et lucem ſcientie captas.

Quare

P Oſt hec ingreſſi Ca. V
ſi ſunt moyſes et aaron
⁊ dixerūt pharaoni: Hec
a dicit domin⁹ deus iſrael: Dimit/
te populum meū vt ſacrificet mi/
Non in egypto. Nolite diligere mundum: ne/
q: ea que in mundo ſunt.
hi in deſerto. At ille reſpondit:
Non vult tenebrarum harum rectori te abſtra/
hi a tenebris ſuis: et ad ſcientie lumen adduci.
Hoc reſpondet dum in laboribus hominū nō
eſt: et cum hominibus nō flagellatur: ideo tenuit
eum ſuperbia: paulo poſt quaſi emendatus flagel
lis dicet: Orate pro me ad dominum.
b Quis eſt dominus vt audiā vo/ d
a Sic reſpondet cruda ſuperbia. Que con/
uentio luci ad tenebras.
cem ei⁹ ⁊ dimittā iſrael? Neſcio e
dn̄m ⁊ iſrael non dimittā. Dixe/ f
tranſitorum quorum vnus dicit aduena ſum
apud te ⁊ peregrinus ſic oues p̄ris mei.
c runtq: De⁹ hebreorū vocauit nos g
Chriſtum qui die tertia reſurrexit. In fide tri
nitatis verum ſacrificium offertur.
d vt eamus viam triū dierum in h
a In quiete et ſilētio lex diſcitur. b immola
deo ſacrificium laudis ⁊c.
ſolitudinem: et ſacrificemus dn̄o
deo noſtro: ne forte accidat no/ i
bis peſtis aut gladi⁹. Ait ad eos k l

P Oſt hec. Poſtq̄ deſcripta ē ꝓ Ca. V
uiſio ducis ppl'm iſrl' d' egypto educētis:
hic cōſequēter deſcribit flagellatio reg'
populum detinētis: et q: illa punitio iudiciaria
eſt. ideo premittitur monitio ex verbis. ſecūdo
monitio cū ſignis addi/
tis in principio. vii. ca. ⁊
tertio ſubdit punitio in A
decem plagis: circa me/
dium eiuſdē ca. ibi: Di/
xit autē dn̄s ad moyſen
ingrauatū eſt ⁊c. Cir/
ca primū p̄mo ponit mu
nitio ⁊ regis dura reſpō
ſio. et ſecūdo ppl'i aggra
uatio. ibi: Dixitq pha/
rao. Circa primum di/
cit ſic: Poſt hec. i. poſt/
q̄ populus iſrael credi/
derāt moyſi de eius libe
ratione: vt dictum eſt in
fine precedentis ca.
b Ingreſſi ſūt moyſes
et aaron. Sed queritur
hic: vbi erāt ſenes popu
li iſrael de quibus dixe/
rat dominus q ingredē
rentur cum moyſe ad rē
gem egypti: vt dictū eſt
ſ. iii. ca. Dicūt hebrei q
remanſerunt ducti timo
re regis: ⁊ propter h̄ im/
pediti ſunt accedere ad
dominum cū moyſe: vt
habetur. i. xxiiii. ca. Sed
hoc videt falſum: q: aa/
ron qui hic ingreſſus ē
cum moyſe: eodē modo
tunc impeditus fuit: q:
ſolus moyſes accedere
iuſſus eſt: vt ibidem di/
citur: et ideo melius di/
citur ab aliis q ſenes ingreſſi ſunt ad regē ſicut
dixerat domin⁹: ſed ſolū ſcriptura facit mentio/
nem de moyſe ⁊ aaron: quia erant principales ⁊
quia eis erat cōmiſſum negocium. c Hec dicit
dominus. in ſua munitiōe auctoritatē domini ꝑ/
mittūt: vt ſit efficatior ad regem inclinandū: ſed
rex ecōtrario reſpondit contemptibiliter dicēs:
d Quis eſt domin⁹ vt audiam vocē eius. ac
ſi diceret: non eſt tante auctoritatis q debeam
ei obedire. Reſpondit etiam infideliter dicens:
e Neſcio dominum. licet enim deum eſſe ſm
Anſelmū ſit per ſe notum: ⁊ per ꝯſequens eius
noticia inſerta eſt naturaliter menti humane: h̄
tamen eſt incognitum mens humana deum eſſe co/
gitat id quod eſtimat maximum in entibus: ſed
ſub iſta determinatione q ſit deus populi iſrael
per fidem ⁊ cultum ſpecialem ꝓut ſonabant ver
ba moyſi: deum eſſe nō eſt naturaliter notum: et
ſic reſpondit rex. Neſcio dominum. quia egyptii
infideles ⁊ idolatre exiſtentes colebāt anima/
lia tanq̄ deos. Reſpondit etiam inobediēter di
cens: Et iſrael non dimittam. f Dixeruntq.
exponētes cauſam p̄dicte monitiōis. g De⁹
hebreorū vocauit nos. cui tenemur obedire.
h Vt eam⁹ viam trium dierū. Iſtud eſt. ſ. ex/
poſitū. iii. ca. Addūt tamē aliqui q p tres dies
intelliguntur tres menſes: q: in tertio menſe ab
exitu de egypto venert ad montē ſinai: vt habet
i. xix. ca. ⁊ ibi ſacrificauert dn̄o. In ſacra eni ſcri/
ptura aliq̄n accipit dies ꝓ anno: vt Ezech. iiii. ⁊
eodem mō dicūt q accipit ꝓ menſe. i Ne for
te accidat nobis peſt'. q ꝓuenit ex corruptiōe ae
ris. k Aut gladius. qui ꝓuenit ex inuaſione
hoſtis. l Ait ad eos rex. ſicut dure reſpōderat
loquendo contra dominū ita dure reſpondet lo
quendo contra moyſen et aaron dicens:

Quare

A a Quare moyſes et aa/
ron ⁊c. Orige. Dum ſecuʒ
eſt populus ⁊ lutuʒ aut la
terem operatur. dum ī pa
leis eſt occupatus: nō pu/
tat eſſe peruerſum: ſed re/
cte incedere. Si xp̄o dicat
volo ire dierum triū viā ⁊
ſeruire domino puerti po
pulum dicit per moyſen ⁊
B aaron. Hodie ꝗꝫ ſi moy/
ſes ⁊ aaron: id eſt prophe
tic⁹ ⁊ ſacerdotalis ſermo:
animam ſollicitet ad ſerui
tutem dei: exire de ſecu/
lo: renunciare omnibus
que poſſidet: attendere le
gi et verbo dei: continuo
audies vnanimes et ami/
cos pharaonis dicentes:
Uidete quomodo ſeducū
tur homines: et peruertū/
tur adoleſcentes: ne labo
rent: ne militent ne agant
aliquid quod proſit: reli/
ctis rebus neceſſarijs ine/
ptias ſectantur et ocium.
Quid eſt ſeruire deo: la/
borare nolunt et ocij occa
ſiones querunt: hec erant
tūc verba pharaonis: hec
⁊ nūc amici ei⁹ loquūtur:
nec ſolū verbis: ſʒ et ver/
berib⁹ perſequuntur: fla/
gellari iubet ſcribas hebre
orum: paleas non dari: o/
pus exigi. hec paſſi ſūt pa/
tres ⁊ nunc dei ppl's pati/
tur. Qui ſe ex integro p̄n/
cipi huius mundi tradide
runt: proſpere agunt: oīa
vt putant feliciter eueni/
unt. Seruis autem dei: e/
C tiam victus paruus et hu
milis non ſuccedit. He ſūt
enim palee que dabantur
a pharaone. Unde quidā
fatigati dicunt ad phara/
onem quid tu affligis po/
pulum tuū? Superati enī
verberibus a fide cadunt
et confitentur ſe eſſe pha/
raonis populum. Nō enī
oēs qui ex iſrael hi ſunt
iſraelite.
b Opprimantur operi/
bus et expleant ea. ⁊c. Ex
quo loq̄ cepit moyſes ad
pharaonem magis affligi
tur populus dei: ex quo ī
animam ſermo dei perue/
nit: diabolus acrius inſur
git: et maiora vitia immit/
tit. Prius enim ꝗꝫ ſermo
dei veīret qui argueret vi
tia: in pace durabant. At
vbi veīt: turbatio magna
conſurgit.
c Flagellatiq; ſunt qui
preerāt ⁊c. Filij iſrael gra
uius attriti ſunt: poſtꝗꝫ d̄
egypto egredi ſtatuerūt:
quia qui mundo ⁊ prauis
operibus renunciare vo/
lunt ſenioribus tentatio/
D nibus a diabolo īpugnan
tur.

Uideat

a ſ princeps tenebrarum harum. b ſ prophetic⁹ ⁊ ſacerdotalis ſermo.
a rex egypti: Quare moyſes et aaron ſollicitatiſ a
a ſ mundanis. b ſ terreni laboris.
populum ab operibus ſuis? Ite ad onera ve/ b
a ſ inuidet diabolus quia creſcit dei populus.
ſtra. Dixitq; pharao: Multus eſt populus ter/ c d
re. Uidetiſ q̄ turba ſuccreuerit: q̄to magiſ ſi de/ e
ſ vt non exerceatis eos in operibus terrenis.
deritis eis requiem ab operibus? Precepit er/ f
a ſ demonibus qui preſunt diuerſis vitijs. ſ quia vi ſepe mala face
go in die illo prefectis operum et exactoribus
re compellunt ſi blanditijs nequeūt.
a ſ palee dabantur vt admixtione earum tenacius fieret opus vel vt
ex eis lateres coquerentur: ideo autem maxime in egypto lateres fie/
bant: vt inde ciuitates fierent: quia ibi lapides non abundant. ſ vi/
lem et paruum victum.
populi dicens: Nequaꝗꝫ vltra dabitis paleas g
a ſ fidelium. b ſ opera luti et carnis.
populo ad conficiendos lateres ſicut prius: ſʒ
ſ vt vndecunq; acquirant victū. ſ q̄ſi opera mala non min⁹ faciāt.
ipſi vadant ⁊ colligant ſtipulam: ⁊ menſuram
a ſ vt opib⁹ ſuis opprimantur.
laterum quā prius faciebant: imponetis ſuper
ſ gratis habente victualia.
eos: nec minuetis quicꝗꝫ. Uacant enim et idcir/
a ſ recedendo a diabolo. nō enim poſſunt deo ſeruire et mammone.
co vociferantur dicentes: Eamus ⁊ ſacrificemus
ſ vt obliuiſcantur deum ſuum.
b deo noſtro. Opprimantur operibus ⁊ expleāt
a ſ princeps egypti quicquid contra ſe dicitur mendacium dicit.
ea: vt nō acquieſcant verbis mendacib⁹. Igitur
a ſ ad tentandum. b ſ auditis preceptis magiſtri.
c ſ demones vel iniqui homines.
egreſſi prefecti operū et exactores ad populuʒ
a ſ Latenter ſuggerendo. b ſ ipſo nomine terrent. c ſ Non ingra
dixerunt: Sic dicit pharao: Non do vobis pa
tis amplius benefaciam. ſ etiam inuiti de more ſeruietis mihi.
leas. Ite ⁊ colligite ſicubi inuenire poteritis: h
nec minuetur quicꝗꝫ de opere veſtro. Diſper/
ſuſq; eſt populus per omnem terraʒ egypti ad
colligendas paleas. Prefecti quoq; operuʒ in/
ſ Quaſi ex debito vrgent pro conſuetudine.
ſtabant dicentes: Complete opus veſtrū quo/
ſ difficile eſt a conſuetudine recedere.
tidie vt prius facere ſolebatis quando daban/
ſ diuerſis perſecutionibus et olim et nunc pre
c tur vobis palee. Flagellatiq; ſunt qui preerāt i
poſiti populi dei afflicti ſunt. ſ demonibus vel iniquis hominibus.
operibus filiorum iſrael ab exactoribus pha/
raonis dicentibus: quare non impleſtis men/
ſuram laterum ſicut prius: nec heri nec hodie?
Ueneruntq; prepoſiti filiorum iſrael: et vocife k
a ſ victi verberibus dicunt ſe eſſe populum pharaonis qui ad temp⁹.
rati ſunt ad pharaoneʒ dicentes: Cur ita agis
credunt: et in tempore recedunt tentationis.
contra ſeruos tuos? Palee non dantur nobis
a ſ famulos ſe fatentur ne torqueantur.
et lateres ſimiliter imperantur. En famuli tui
a ſ quaſi parce populis tuis. b ſ ab exactoribus.
flagellis cedimur: et iniuſte agitur contra po/ l
ſ tanꝗꝫ dicat beneficium ſubtraho quia nō agnoſcitis.
pulum tuum. Qui ait: Uacatis ocio idcirco di
citis: Eamus et ſacrificemus domino. Ite er/
go et operemini. Palee non dabuntur vobis:
et reddetis conſuetum numerum laterum. Ui

a Quare moyſes ⁊ aaron ſol
licitatis populū? imponēs eis
q̄ velint mouere ſeditionem: ⁊
ſic agere contra regiaʒ maieſta
tem. b Ite ad onera veſtra.
Ex quo patet q̄ erat eius intē/
tio: vt affligerentur oneribus:
ſicut ⁊ alij: ſed populus eis ⁊ a/
lijs ſenibus parcebat de labo/
re manuali. Numerus enī de/
terminatus lateruʒ imponeba
tur populo per ſingulos dies:
vt patet ex ſequentibus: et cō/
munis populus maiori labori
ſe ſupponebat ad reddendum
numeꝝ predictuʒ: vt moyſes ⁊
alij predicti eſſent a tali labore
liberi. c Dixitq; pharao.
Hic deſcribitur aggrauatio re/
gis: et primo ſuper populuʒ in
generali. ſecundo ex hoc ꝯſter
oſtēdit afflictio moyſi. ibi: Oc
curreruntq;. Circa p̄mū tāgit
cauſa aggrauatiōis. cū dicit:
d Multus eſt populus. ſcili/
cet filiorū iſrael. Uidetis q̄ tur
ba ſuccreuerit. Sed queritur q̄
modo hoc poteſt eſſe: quia edi/
ctum fuit a rege d̄ maſculis ſub/
mergendis: vt predictum eſt. j.
ca. Dicendum q̄ illud edictum
tanꝗꝫ nimis crudele fuerat re/
uocatum. e Q̄to magis ſi
dederitis eis requiem ab ope/
rib⁹. ac ſi diceret ex h̄ lucide pʒ
q̄ ſūt mag. opib⁹ affligendi vt
ſic min⁹ poſſint vacare genera
tiōi. f Precepit ꝗ ī die illo
p̄fectis operuʒ et exactoribus
populi. Hic dicit Andreas q̄
exactores ⁊ prefecti erant ideʒ
homines ⁊ idem officiuʒ habē/
tes: ſʒ h̄ patet falſum ex h̄ q̄ ſe/
quitur poſtea: Flagellatiq; ſūt
qui preerant operibus filioruʒ
iſrael ab exactoribus pharao/
nis. nō eſt veriſimile q̄ flagel/
larentur ab egyptijs ſi eēnt egy/
ptij: ⁊ iō dicēdū q̄ p̄fecti erant
de filijs iſrl' et erant ꝯſtituti vt
p̄pl'm ad laborē īducerēt vt nu
merū lateꝝ ex actorib⁹ redde/
rēt q̄ erāt egyptij. g Neq̄ꝗꝫ
vltra dabit. paleas d̄ ſūptu re
gis ſic prius ad ꝯficiēdos late
res. Palee enī dicunt quicq̄d
remanet de meſſe excuſſo gra/
no: ⁊ talia cōmiſcebant cuʒ lu/
to vt lateres fortiores eēnt. ex
talib⁹ autē fiebant edificia in
egypto: quia rari lapides ſunt
ibi. h Nec minuetis quic/
ꝗꝫ. de magnitudine laterū nec
d̄ multitudine prius impoſita.
i Flagellatiq; ſunt. quia non
poterant reddere numerum cō
ſuetum exactoribus.
k Uociferati ſunt. cuʒ clamo
re magno et miſerabili: vt regē
flecterent ad pietatem.
l Et iniuſte agitur contra po
pulum tuuʒ. Non dixerunt in/
iuſte agis ne regem offenderēt
et vt honori regio deferrent: ſʒ
dicūt. Iniuſte agitur ſcilicet ab
exactoribus tuis: ⁊ cōtra inten
tionem tuam: ſed per hoc non
inuenerūt aliquā graʒ: ⁊ pʒ lra.

Occur.

G a Uideat dñs ꝛc̃. Greg. Mo. Cū lux diuīa coꝛ humanū illuſtrat: mox a diabolo ꝯ̃ ſuccreſcunt tēptamenta: vt plus tēptationib᷒ ſe vrgeri ſentiat: ꝗ̃ cū lucis interne radios neſciebat. vñ iſraelite poſtꝗ̃ vocati ſunt cōtra moyſen decreſcente laboꝛe cōquerunt̃ dicentes: Uideat dñs ꝛc̃. volentibus. n. ex egypto diſcedere paleas pharao ſubtraxerat: ꝛ eiuſdē menſure opa requirebat. Quaſi ḡ ꝯ̃ legem mens ſubmurmurat: poſt cui᷒ ꝯgnitionem tētationum ſtimulos acrioꝛes poꝛtat: ꝛ ī eo ꝙ aduerſario diſplicet videns ſibi creſcere laboꝛes q̄ſi fetere ſe in ocul̄ pharaōis dolet. b Quoniā fetere ꝛc̃. Orige. Uex dicūt ꝗ̃uis neſciāt: Sicut cayphas qui ait: Expedit vt vn᷒ moriat̃ ꝓ pplo quid dicere neſciebat. Sic. n. aplš ait. Chriſti bonus odoꝛ ſumus alijs ī vitā alijs ī moꝛtem. Ita ꝓphetic᷒ ſermo ſuauis odoꝛ ē credentib᷒. dubijs xͦo et incredulis: ꝛ qui fatētur ſe populū pharaonis: odoꝛ execrabilis efficit̃. Ipe q̄ꝫ moyſes dicit dño ex ꝗ̄ locutus ſum cū pharaone afflixiſti populū tuū: quia anteꝗ̄ ſermo dei audiatur: nō eſt tribulatio vel tentatio: ſed vbi ſignū belli tuba predicationis oñderit: tribulationū pugna ꝯſurgit. Ex ꝗ̄ ḡ loꝗ̄ cepit moyſes et aaron ad pharaonē: affligit̃ popul᷒ dei ex quo in aīam tuā ſermo dei ꝓlatus eſt: certamen intra te virtutibus contra vitia ſuſcitatur: que prius intra te in pace durabāt. Sꝫ vbi facere cepit ſermo dei cuiuſꝗ̄ diſcrimen: turbatio magna cōſurgit: ꝛ ſine federe naſcit̃ bellū: q2 iniuſticia iuſticie nō cōuenit: nec ſobrietati ebrietas: vel veritati mendaciū. Ido nō turbemur ſi videmur odoꝛ execrabil̄ pharaoni. Execratio enī vitij ē virt᷒. Sed ſicut ſtetit moyſes añ pharaonē: ſtemus ꝛ nos nō flectamur: ſuccincti lūbos in veritate: ꝛ calciati pedes in ꝑparatione euāgelij pacis. Stamus aūt cōfidenter ſi dñm depcamur vt ſtatuat pedes nr̄os ſup firmā petrā ne moueant̃ pedes noſtri. Stemus aūt. i. obſiſtamus ſm̄ illud: Cui reſiſtite foꝛtes in fide: vt cito conteratur ſathanas ſub pedibus nr̄is. quanto. n. nos cōſtanter ꝛ foꝛtiter ſtam᷒: tāto pharao infirmus. Si aūt infirmi vel dubij eē cepimus validioꝛ fiet. Cū. n. eleuaret moyſes manus: vincebat̃ amalech. Cū q̄ſi laſſas deijceret: inualeſcebat. Nos ḡ in xͦtute crucis xp̄i extollam᷒ bꝛachia: ꝛ leuem᷒ in oꝛatiōe ſctās man᷒ vt dei auxilium mereamur: hinc Iacob᷒ ait: Reſiſtite diabolo ꝛ fugiet a vobis. Agam᷒ ḡ vt nō ſolū fugiat: ſed cōterat̃ ſb̄ pedib᷒ nr̄is. ſic̄ pharao extinct᷒ ē ī ꝓfūdo abyſſi. Nos aūt ſi recedam᷒ de egypto vitioꝝ: fluct᷒ ſcīi tanꝗ̄ iter ſolidū euadim᷒ ꝑ ihm̄ xp̄m. c Dñe cur af. Aug᷒. Nō ſūt hec xͦba cōtumacie vel īdignatiōs: ſꝫ īq̄ſitōis ꝛ oꝛonis ſic̄ ex his appet ꝗ̄ dominus reſpondit. Non enim arguit in fidelitatem eius, ſed q̄d ſit facturus aperuit.

Job. 11. f

1. Coꝛ. 2. d

Eph. 6. c

1. Pet. 5. c

Jaco. 4. b

[Textus]

debantꝗ̄ ſe prepoſiti filioꝝ iſrl̄ in malū: eo ꝙ diceret̃ eis: Nō minuet̃ quicꝗ̄ de lateribus ꝑ ſingulos dies. Occurreruntꝗ̄ moyſi ꝛ a aaron q̄ui ſtabant ex āduerſo: b egredientes a pharaone: ꝛ dixerūt ad eos: a b Uideat dñs ꝛ iudicet: q̄m c d fetere feciſtis odoꝛē nr̄m coꝛā pharaone ꝛ ſeruis eius: ꝛ ꝑbuiſtis ei e gladiū vt occideret nos. Reuer f ſuſꝗ̄ c moyſes ad dñm ait: Dñe g cur afflixiſti populū iſtū? Quare h i miſiſti me? Ex eo enī ꝗ̄ ingreſſus ſum ad pharaonē vt loquerer ex noīe tuo: afflixit pplm̄ tuū ꝛ non liberaſti eos.

[Interlinear glosses]

a ſ cōtinue. vult diabol᷒ ꝛ miniſtri eius opa mala fieri: vt vſu ꝛ conſuetudine trahatur quiſꝗ̄.

a ſ imobiles in tentatione. ſ quaſi contrarij puſillanimitati eoꝝ. b ſ quia nolunt eſſe cū pharaone veri iſraelite.

ſ ſermo ꝓpheticus ꝛ ſacerdotalis incredulis ꝛ q̄ ſunt ppl̄s pharaonis odoꝛ execrabilis efficitur. ſ odioſos nos feciſtis.

ſ cauſam occaſionis.

ſ vel tuum.

a ſ ex ꝗ̄ in aīam tuā ſermo dei ꝓlat᷒ ē certamē intra te virtutib᷒ cōtra vitia ſuſcitatur.

a Occurrerūtꝗ̄ moyſi. Hic ꝯ̃ñr oñdit̃ afflictio moyſi et aaron in ſpāli: ꝛ ꝑmo ponitur dicta afflictio. ſcdo diuina ꝯſolatio. in principio. vj. ca. Afflictio aūt moyſi oñdit̃ ꝯ̃ñr ex afflictione populi cum d2: Occurrerūtꝗ̄ moyſi ſcꝫ ꝑpoſiti filioꝝ iſrael. b Qui ſtabant ex aduerſo ꝛc̃. Dicūt aliꝗ̄ ꝙ poſtꝗ̄ moyſes et aaron fecerunt monitionē ꝑdictā egrediebant̃ a pharaone et ꝑpoſiti tūc ingrediebant̃ et ſic ex aduerſo veniebāt iſti obuiā illis: et ſic li egredientes a pharaone refertur ad moyſen et aaron: ſꝫ h̄ videt̃ falſum: q2 p᷒ monitionē factā a moyſe pharao aggrauauit iugū ꝑpl̄i et flagellati fuerūt ꝑpoſiti ꝑdicti: eo ꝙ nō reddebant numeꝝ īpoſitū: ꝓpt̄ qͦ̄ iuerūt ad clamandū coꝛam pharaone: vbi duꝝ reſponſum habuerunt. Ex ꝗ̄bus pꝫ ꝙ inter monitionē factā ꝑ moyſen et aaron ꝛ acceſſum ꝑpoſitoꝝ ad clamandū coꝛā pharaone fluxerunt plures dies: ꝛ iō li egredientes a pharaone nō refertur ad moyſen ꝛ aaron: ſed ad ꝑpoſitos predictos: quoꝝ egreſſum a pharaone moyſes et aaron expectabant ſtantes ex̄ domū regis vt ſcirent quale reſponſum habuiſſent. tanꝗ̄ curā hn̄tes de bono populi. ꝛ iō q̄ñ ſciuerūt ꝙ ꝑpoſiti filioꝝ iſrael iuerunt ad pharaonē: ipi ſecuti ſunt eos expectantes ex̄ domū regis exitū illoꝝ vt ſcirent regis reſponſum. c Uideat dñs et iudicet. i. puniat malū qͦ̄ feciſtis nob̄. d Qm̄ fe. fe. ꝛc̃. i. nos abomiābiles ꝛ odioſos reddidiſtis. e Et ꝑbuiſtis ei gladiū. i. occaſionē affligendi nos laboꝛibus vſꝗ̄ ad moꝛtem. f Reuerſuſꝗ̄ moyſes ad dñm. vbi apparet patientia moyſi ꝗ̄ ꝗ̄uis eēt ſupioꝛ dict̄ ꝑpoſit̄. tñ xͦba eoꝝ dura ꝛ pūgitiua patient̄ ſuſtinuit q2 videbat eos in paſſione poſitos: ex ꝗ̄ hn̄t ſupioꝛes exēplū ceſſandi a coꝛrectione ſubditoꝝ ī paſſione poſitoꝝ donec trāſeat paſſio niſi piculū ī moꝛa ꝓbabilit̄ timeatur. g Dñe cur afflixiſti. i. affligere pmiſiſti. h Populū iſtū ex ꝗ̄ appet charitas moyſi: q2 nō ſolū pungētib᷒ eū nō rn̄dit ſed etiā ꝓ eis oꝛauit. i Quare miſiſti me? q̄ſi diceret: ad liberādū eos me miſiſti ꝛ ipi ecōtrario magis ꝗ̄ pri᷒ ſunt afflicti.

## Moꝛaliter

a† Poſt hec in ¶ Ca. V greſſi ſunt moyſes et aaron et dixerūt pharaoni. Per moyſen ꝗ̄ interpretat̃ extractus de aꝗ̄s cōuenienter pōt itelligi ſtatus religionis extract᷒ de delitijs mūdanis. Per aaron pontificē intelligit̃ ſtat᷒ clericalis. exiſtentes aūt ī h̄ duplici ſtatu a dño deſtinant̃ vt ꝑ eoꝝ vitā doctrinā ꝛ oꝛationē ppl̄s a ſuitute diaboli liberet̃. b† Ut cam᷒ viā triū dieꝝ in ſolitudinē ꝛ ſacrificem᷒ dño. Per h̄ aūt intelligunt̃ cōtritio: confeſſio: et ſatiſfactio: ꝛ ſic offert̃ deo ſacrificiū acceptū: ſuit᷒ aūt diaboli ꝯſiſtit in luto ꝑ qͦ̄ intelligit̃ cōcupiſcētia carnis: ꝛ foꝛnace lateꝝ ꝑ quā itelligit̃ cōcupiſcētia oculoꝝ. vñ dic̄ Boeti᷒ li. de conſola. Seuioꝛ ignib᷒ ethne ardoꝛ amoꝛ habendi. ꝛ palea: ꝑ quā intelligit̃ ſupbia vite. eo ꝙ rapiat̃ a vento. g† Nequaꝗ̄ dabitis vltra paleas pplo ꝛc̃. Diabol᷒. n. exaſpat᷒ ꝯ̃ volētes exire de ſuitute ei᷒ aliꝗ̄ñ ſubtrahit paleā. i. vanā gloꝛiā vt ꝑ h̄ aggrauet ſuā ſuitutē ſcꝫ inꝗ̄tū hec gloꝛia īpedit aliꝗ̄ñ. graui᷒ pctm̄ ſic̄ gloꝛia de fama honeſtatis īpedit vitiū foꝛnicatiōis: vt hr̄ in collationibus prm̄ collatione Serapionis abbatis: et iō ſubtracta dicta gloꝛia ꝑ h̄ ꝙ hō non curat de fama honeſtatis vel eā paꝝ reputat labit̃ in pctm̄ foꝛnicationis vel adulterij qͦ̄ ꝑ infamiam facit odoꝛē fetidū. iō poſt ſubtractionē paleaꝝ ſubdit̃: fetere feciſtis odoꝛem noſtrum.

¶ In ca. v. vbi dicitur in poſtilla: Hec dicit dominus in ſua monitione au/ctoꝛitatem domini premittunt.

## Additio. j.

Uerba pharaonis dicēt̃: Quis ē dñs. Ab expoſitoꝛib᷒ hebreoꝝ nō itelligunt̃ cōtēptibiliter ſed ſolū interrogatiue dicta: ꝛ ē rō: nā ipi ꝓpoſuerunt pharaoni nomē dñi. Tetragrāmaton: vbi. n. d2: Hec dic̄ dñs. ponit̃ illō nomē. pharaoni xͦo ꝑdictū nomē erat penit᷒ igtū: cū etiā ipi moyſi fuerat nouiter reuelatum: vt dictum eſt: vnde dicit: Neſcio dominū nec iſrael dimittam q. d. loquimini mihi ex parte cuiuſdam ignoti: vnde ꝛ non faciā ꝗ̄ petit̃. ipi xͦo rn̄derūt ꝓponentes nō ꝑmū nomē ſibi igtū ſꝫ aliō nomen quod ſibi innoteſcebat. ꝛ h̄ cū d2: Deus hebreoꝝ vocauit nos: genus enim hebreoꝛum notum erat apud egyptios. dicebat enim filia pharaonis de pueris hebreoꝝ. De infantibus hebreoꝛum eſt hic ſupra. ij. ca. ꝛ ſic ſciebat etiam eos habere ritū circūciſionis: ꝛ per ꝯ̃ñs hr̄e deum ſepatum a dijs egyptioꝛum quo colebant aīalia tanꝗ̄ deos. ꝛ ideo cum pharao rationabiliter queſiuiſſet. Quis eſt dñs? ignoꝛans penitus hoc nomen ipi cōgrue ſatiſfaciebant ei dicentes: Deus hebreoꝛum vocauit nos: q̄ſi dicerent licet nō cognoſcas deum ſub primo noīe ſaltem cognoſcas ſub ſecūdo. ſ. deus hebreoꝛū: ſed doctoꝛes noſtri cōit̃ exponunt predicta xͦba pharaonis cōtēptibilit̃ dici et inobedienter qͦ̄ magis conſonat littere. Nā poſt ſcdām ꝓpoſitionē in qua nomen ſibi q̄dāmodo notum ꝓpoſuerunt magis ꝛ magis induratus eſt aggrauans populo onera: vt infra continetur.

## Glo. oꝛdi.

a Non indicaui eis. Sic tibi. ꝑ ſucceſſiōes .n. etatū Ca. VI creuit diuine ꝯgnitionis augmentum. Appꝛuit dñs abꝛae: lo-
Ps. 113. cutus eſt facie ad faciem cum moyſe. Dauid vero ait: ſup ſenes
Mat. 13. c intellexi. Apl'i dei filiū pñtē cernebant: et q̄cq̄d volebāt inrro
gabāt: q̄b9 etiā dr. Multi reges ⁊ ꝓphe ⁊c. De ergaſtu.

## Nico. de lyra

deo: quia ſignificat veritatē diuine eſſentie in ſe. Hoc igitur ſuppoſito dicit Ra. Sa. hebꝛeus ꝙ hoc nomen ſignificat veritatem diuine nature: ad veritatē aūt ꝑtinet ipletio dicti ſui vel ꝓmiſſi: iō dr hic. Nomē meū magnū .ſ. tetragrāmaton: qd veritatē iportat: Nō indicaui eis: qꝛ in diebus eoꝝ nō ipleui promiſſum quod eis feci de terra chanaan ab eis poſſidenda: qꝛ nō habitauerunt in ea niſi tāq̄ ꝑegrini ſed nunc ad hoc te miſi: vt impleam illud promiſſum: ⁊ ſic oſtendam me eē veracem in promiſſis implēdis. ⁊ lra ſequens huic expoſitioni concoꝛdat que facit mentionem de dicto promiſſo et de eductiōe populi iſrael de egypto: et introductione ipſius in terram patrib9 ꝓmiſſam: vt patet lram intuēti. Sed iſta expoſitio adhuc nō videt ſufficiēs: quia veritas ꝓut impoꝛtat ipletionē diuini ꝓmiſſi nō ſignificat diuinā naturam in ſe: ſed magis ſm reſpectū ad creaturā: vnde ſic accipit ꝓ fidelitate ad aliū inquantum iplet ꝓmiſſum ei factū: ⁊ iſta expoſitio nō accipit ſignificationē nois dei tetragrāmaton. ꝓut Ra. Moyſes eam exponit. Item dictum ꝓmiſſum patrib9 factū de terra chanaan poſſidenda a filijs iſrael nō fuit impletū tpe moyſi quia illā nō intrauit morte p̄uētus vt patet Deutro. vl. et ideo alit dicūt alij ꝙ dñs apparens patribus p̄cedentibus moyſen nō noiauit ſe eis h noie dñi tetragrāmaton: ſed hoc ptꝫ falſū Geñ. xv. vbi dñs apparēs abꝛae dixit ei: Ego ſum dñs qui eduxi te de hur chaldeoꝝ. In hebꝛeo loco huius nois dñs hr nomē dñi tetragrāmatō. Propter qd aliter dicendū. Suppoſita g̊ ſignificatiōe nois dñi tetragrāmaton p̄dicta: dicendū ꝙ de9 indicauit hoc nomen moyſi nō ſolū quantū ad vocē ſed etiā q̄ntū ad ſignificatum qd eſt ꝓpꝛie indicare nomē aliquod: et h pꝛimo indicauit moyſi qñ dixit ei Ego ſū q ſū: vt dictū ē. ſ. iij. ca. qꝛ ꝑ h nomē ſignificat neceſſitas et ſtabilitas eēndi et plenitudo ipi9 eē: qꝛ ꝑ h iportat q̄ddā pelagus ſubē infinitū: vt dicit Damaſcenus: et hoc eſt ꝓpꝛiū diuine eēntie ⁊ cōpetit ei circūſcripto omni alio: nec ſignificat ꝑ modū cuiuſdā diſpoſitionis diuie eſſentie: ſic ſapia ⁊ potentia ⁊ ſilia. Scdo oñdit ei clari9 qñ in raptu ei cōceſſum eſt videre diuinā eſſentiā nude ⁊ clare: ſm ꝙ dic Aug9. xij. ſup Geñ. ⁊ ad Paulinā in libro de vidēdo deū. Hoc etiā videt ꝑ h ꝙ dr Nume. xij. de moyſe. Palam ⁊ non per enigmata et figuras deum videt. Neutro autem p̄dictorum modorum legitur deus loquens patribus p̄cedentibus moyſen ſignificatum nominis dñi tetragrammaton ſic indicaſſe: ſed vſus eſt nomine vel potius ſignificato nominis impoꝛtante reſpectum ad creaturā: ſicut Geñ. xlvj dixit iacob: Ego ſum foꝛtiſſimus de9 patris tui: et Geñ. xvij. dixit abꝛae: Ego dominus omnipotens ambula corā me ⁊c. vnde et Geñ. xv. quando loquendo abꝛae vſus eſt nomine domini tetragrammaton: vt pꝛedictum eſt: non tamen ſignificatum pꝛopꝛium expꝛeſſit: ſed magis per nomen impoꝛtās reſpectum ad creaturam determinauit dicens: Ego domin9 q eduxi te de hur chaldeoꝝ. Siltr nulli eoꝝ oñdit eēntiā ſuā clare ſic moyſi: ⁊ iō bñ dr hic. Apparui eis in deo oipotente .i. indicaui me eis ſub noie ipoꝛtāte reſpectū ad creaturam. Et nomē meū adonai .i. tetragrāmatō. Nō indicaui eis ſicut moyſi: modis p̄dictis. g Ego audiui gemitū filioꝝ iſrl q egyptij opp̄ſſerūt eos .i. cōſideraui afflictionē q egyptij fecerūt eos gemere. h Et recoꝛdat9 ſū pacti mei .i. ad modū recoꝛdātis me habui: qꝛ obliuio ñ cadit i deo nec recoꝛdatio: ſꝫ mod9 obliuiſcētis fuit i eo añq̄ iuuaret eos: ⁊ mod9 recoꝛdātis qñ icepit eos adiuuare. i Educā vos de ergaſtulo. Ergaſtulū loc9 ē vbi cogunt captiui opari ⁊ laboꝛare: et dr ab erge qd ē laboꝛ ⁊ ſtolos qd ē miſſio: ⁊ ad ſilitudinem huius loc9 vbi filij iſrl cogebant laboꝛare i luto ⁊ latere vocabat ergaſtu-

## Exodi Ca. VI

Dixit dñs ad moyſen. Ca. VI a
[a Mirabilia.]
Nūc videbis que facturus b c
[a potentiam diuinam ſcilicet filium qui eſt virtus ⁊ ſapientia patris.]
ſum pharaoni. Per manum enī d
foꝛtem dimittet eos: et in manu e
[a qꝛ nulla conuentio iuſticie cum iniquitate. ꝓſeq̄ndo de ciuitate in ciuitatē.]
robuſta ēijciet illos de terra ſua.
Locutuſq̄ eſt dominus ad moy
[a antique promiſſionis facit mentionem tanq̄ in pꝛoximo completurus.]
ſen dicens: Ego dñs qui appa- f
rui abꝛaā ⁊ iſaac et iacob in deo
omnipotente: et nomen meum
[a quod interpꝛetatur generaliter dominus: ⁊ eſt ſeptimū in decē dei nominibus. b ſicut tibi.]
adonay non indicaui eis. Pepi- a
giq̄ cū eis fedus vt darem illis
[terram viuentium ſcilicet quam ſignificat terra chanaan.]
terrā chanaā: terrā ꝑegrinatiōis
eoꝝ: in qua fuerūt aduene. Ego g
[exaudiui.]
audiui gemitum filioꝛum iſrael:
[.i. demones. rectoꝛes tenebꝛarum harum vel iniqui homines.]
quo egyptij oppꝛeſſerūt eos: ⁊ re h
[promiſſionis.]
coꝛdatus ſum pacti mei. Ido dic
[tentatiōib9 mūdi in quibus tribulantur ſancti. a Spūaliter vel ad litteram.]
filijs iſrael: Ego dñs qui educam i

## Nico. de lyra

A Dixit dñs. Hic ꝯñr de- Ca. VI ſcribit ipi9 moyſi. cōſolatio. et p̄mo circa eā oñdit di ꝯſolatio benigna. ſcdo deſcribit ipi9 moyſi genealogia. ibi: Iſti ſūt p̄ncipes domoꝝ. Adhuc circa pꝛimū pꝛimo p̄mittit diuina cōſolatio. ſcdo eiuſdē conſolatiōis relatio. ibi: Narrauit ergo moyſes. Circa pꝛimū cōſiderandum ꝙ dñs videns moyſen afflictū: tū ex grauamine populi: tū ex eo qd imponebatur ſibi: conſolatur eū dicens. b Nūc videbis .i. cito. c Que factur9 ſum pharaoni .ſ. mirabilia alias inaudita. d Per manū .n. foꝛtem .i. ꝑ potentiā meā eum foꝛtiter flagellantē. e Dimittet eos .ſ. filios iſrael quos nunc foꝛtiter retinet ⁊ violenter: ⁊ nō ſolū dimittet: ſed etiam ēijciet eos de terra ſua: qꝛ egyptij de moꝛte p̄mogenitoꝝ territi cogebāt filios iſrael exire. vt hr. i. xij. ca. f Ego dñs qui apparui abꝛaā iſaac ⁊ iacob in deo omnipotente ⁊ nomen meū adonai nō indicaui eis. qꝛ dominus volebat conſolari moyſen vt dictum eſt: inſinuat ei ꝙ ſit ei datur9 clarioꝛem ſui cognitionē q̄ꝫ patrib9 preteritis. Iſtud tamen varie exponitur a doctoꝛib9 catholicis ⁊ hebꝛeis. Dicunt igitur aliqui doctoꝛes catholici ꝙ hoc nomē adonai ſignificat generale dominiū. lꝫ aūt patrib9 p̄cedentib9 moyſen oſtenderit ſe dñm toti9 creature: nō tñ ita ꝑfecte ſic moyſi ꝑ tranſmutationē creaturaꝝ vt virge in ſerpentem et econuerſo: et fluminis i ſāguinē: ⁊ alijs ſignis mirabilib9 in q̄bus oñditur dominiū dei ſup creaturas obedientes ei ad nutū ꝯtra nature curſum: ſed hoc non videtur ſufficienter dictum: quia ipſi abꝛae oñdit ſimilia cōuertendo vxoꝛē loth in ſtatuam ſalis: ⁊ in deſcenſione ignis contra naturā ſup ſodomā ⁊ gomoꝛram: vt hr Geñ. xix. ⁊ in multiplicatione aquaꝝ. xv. cubit vltra cacumina montiū tpe diluuij: ⁊ in creatione mundi de nihilo q̄ omnia notificata fuerunt abꝛae ab ipo deo. Item hoc nomen adonai qd ſignificat generale dominiū nō ponit hic i hebꝛeo cum dr: Nomen meum magnum ⁊c. ſed ibi eſt nomen domini tetragrāmaton: veruntamē qꝛ iſtud nomen apud hebꝛeos tāte ſanctitatis reputatur ꝙ nō debeat nominari niſi a ſummo ſacerdote: et ſolū in bñdictionibus fiendis in templo: ideo loco illius nois ꝓnunciatur hoc nomē adonai: ſicut ſi apd nos hoc nomen deus ꝓpter ſui ſanctitatē non eſſet licitū nomiare et loco illi9 vbicūq̄ inueniret ſcriptū ꝓnunciaret hoc nomē dñs: et hoc mō tranſlatio nr̄a hic habet hoc nomē adonai loco nois dñi tetragrāmaton. nomen aūt dñi tetragrāmaton nō ſignificat dominiū vt videbit: et ideo pꝛedictus modus dicendi procedit ex ignoꝛantia idiomatis hebꝛei: quia accipit nomen quod ꝓnunciatur loco illius qd ſcribitur. Sciendum igitur ꝙ ad videndum quid dicendum ſit de ſignificatiōe nominū hebꝛaicoꝝ videt recurrendū ad doctoꝛes hebꝛeos antiquos. Dicit .n. Ra. Moyſes loquēs de diuinis nominibus que in veteri teſtamento continentur ꝙ aliqua nomina de deo dicuntur ꝑ reſpectū ad creaturas: vt creatoꝛ dominus ⁊ ſilia. Alia aūt dicuntur de deo ꝑ modū qualitatū circa diuinā eēntiam vt ſapiens: bonus: omnipotens ⁊ ſimilia: ⁊ alia per modum quantitatum vt imenſus incircūſcriptus: ⁊ per modum aliaꝝ ꝓpꝛietatum: licet tranſeant in diuinam ſubſtantiā quātum ad rem ſignificatā: ſed nomen dñi tetragrāmaton ſignificat diuinā eēntiam purā ⁊ nudā ꝓut in ſe exiſtit: circūſcripto omni alio: ⁊ ideo eſt nomen incōmūicabile appꝛopꝛiatum ſoli

G a De ergaſtulo. Er-
gaſtulū et ergaſteriuȝ
idē .i. operatoriū. ſ. vbi
rei ad opa facienda reli
gabantur.
b Non acquieuerunt
ꝛc. Nota dei clemen-
tiam: nō credit a filijs
iſrael: ꝛ tn̄ monere nō
ceſſat. Contēnit a pha
raone: ꝛ longanimiter
expectat.
c Ecce filij iſ. Aug⁹.
Lxx. Ecce ego gracili
voce ſum: et quomo-
do exaudiet me pha-
rao. Non videtur tn̄
propter multitudinem
populi excuſare ſe de
vocis gracilitate: ſed
etiam propter vnū ho
minem. Mirum ſi tam
gracilis vocis fuit: vt
nec ab uno poſſet au-
diri. An forte regius
faſtus non permitte-
bat eos de proximo lo
qui. d Iſti ſunt pn̄
cipes. Aug⁹. Uolens
ſcriptura originē moy
ſi demonſtrare qd̄ ei⁹
actio expetebat: a pri
mogenito iacob .i. ru-
ben cepit: inde ad ſy-
meon: inde ad leui: vl
tra progreſſa nō eſt. qꝛ
ex leui moyſes. Hi aūt
cōmemorantur q̄ iam
memorati fuerant in il
lis .lxxv. in quib⁹ iſrl
intrauerit in egyptuȝ.
Non .n. primam vel ſe
cundam ſed tertiā tri-
bum .i. leuiticā voluit
deus eſſe ſacerdotalē
Hilb. Non primam
tribum vel ſecundam
ſȝ tertiā elegit de⁹ i ſacer
dotiū: qꝛ i noie ſancte
trinitatis cōſecrati ſūt
ſacerdotes: vt fidem
trinitatis in ſe ſeruare
ꝛ alios ſtudeant doce
re: et quia numero de⁹
impare gaudet.
e Amram. Strab.
Amram interpretatur
pater excelſus: qui ſi-
gnificat chriſtum. Io-
chabeth: dei gratia: q̄
ſignificat eccleſiā. Ex
chriſto et eccleſia naſci
tur moyſes: id eſt lex
ſpiritualis: et aaron .ſ.
verum ſacerdotiuȝ.
f Accepit aūt Am.
Stra. Hec de tribu iu-
da fuit ſoror naaſon: q̄
fuit princeps trib⁹ iu-
de in deſerto. nonduȝ
enim preceptum erat:
vt quiſq; de tribu ſua
vxorem acciperet. Iō
auteȝ he tribus: id eſt
leuitica et regalis iam
tunc coniungebant vt
intelligeret xp̄s rex ꝛ
ſacerdos futur⁹ ex eiſ.
G Filij quoq;

ſ mundo vel corpe humano quod cuiuſq; aīe ergaſtulum eſt.
a vos de ergaſtulo egyptiorum: et eruam de
a ſ corpali vel ſpūali. b ſ pcioſo ſanguie filij.
c ſ potentia manifeſta incarnato filio. d ſ alias extento
ſeruitute: ac redimā in brachio excelſo: et iu- a† b
ſ dato precio. a ſ fidelem obedientem.
dicijs magnis: et aſſumam vos mihi in popu c†
a ſ iuſtus et miſericors. b ſ Experimento cognoſcetis.
lum: et ero veſter deus. Et ſcietis ꝙ ego ſum d
domin⁹ deus veſter: qui eduxerim vos de er e
a ſ viuentium.
gaſtulo egyptiorum: et induxerim in terram †
a ſ leuatam oſtendi. ſ Exaltaui in cruce filium.
b ſ potentiam. c ſ iurando patribus.
ſuper quam leuaui manum meam vt darem f
a ſ fidelibus abrae imitatoribus. b ſ rectam ſpem tenentibus quā ſignificat iſaac. c ſ charitatem amplectentibus que in iacob ſignificatur.
d ſ gratis.
eam abraam iſaac ꝛ iacob. Daboq; vobis illā
a ſ interernū. b ſ quaſi facere poſſet quod promitto. c ſ medius inter deum et populum.
b poſſidendam ego dn̄s. Narrauit ergo moy- g†
a ſ Nihil de mandatis dei pretermittendum eſt.
ſes omnia filijs iſrael: qui non acquieuerunt h† i
a ſ bellum viciorum ſignificat. b ſ Nihil durius ꝙ demonibus in operibus carnis ſeruire.
ei propter anguſtiam ſpiritus et opus duriſſi
mum. Locutuſq; eſt dominus ad moyſen di-
cens: Ingredere et loquere ad pharaonem re
a ſ deum videntes. b ſ carne vitijs dedita vel conuerſatione mundana.
gē egypti vt dimittat filios iſrael de terra ſua
ſ Sancti corā domino loquuntur: alij retro: quia non audiuntur.
a ſ qui debent tanq; filij dei.
c Reſpondit moyſes coraȝ dn̄o. Ecce filij iſrael k†
a ſ auribus cordis. b ſ qui ſemper aduerſatur.
non audiunt me: et quomodo audiet pharao
a ſ Circūciſio ſpūalis oim̄ membroꝝ vitia abſcondit.
preſertim cum ſim incircūciſus labijs? Locu- l m
ſ Per eos. lex enim ꝛ prophete docent populum que facienda vel fugienda ſunt ꝛ increpant diabolum.
tuſq; eſt dominus ad moyſen et aaron: et de-
dit mādatū ad filios iſrl et ad pharaonē regē n o
ſ mundi.
egypti: vt educerent filios iſrael de terra egy-
d pti. Iſti ſunt principes domorum per famili- p
as ſuas. † Filij rubē primogeniti iſrael enoch q
et phallu: eſrō et charmi. He cognationes ru-
ſ alias aod
bē. Filij ſymeō iamuel ꝛ iamin et iami ꝛ ahod
ſ alias ſaber ſ .i. chananee.
et iachi et ſoher et ſaul fili⁹ chananitidis. He
progenies ſymeō. Et hec noia filioꝝ leui p co-
gnationes ſuas: gerſon ꝛ caath ꝛ merari. An-
ni autem vite leui fuerunt centum trigintaſe-
ptem. Filij gerſon lobem ꝛ ſemei per cognatio
e nes ſuas. † Filij caath amram et iſuar ꝛ hebrō
ꝛ oziel. Anni quoq; vite caath centumtrigi
tatres. Filij merari: mooli ꝛ muſi. He cognati
f ones leui per familias ſuas. † Accepit autem r
amrā vxorē iochabeth patruelē ſuā: q̄ pepit ei
aarō ꝛ moyſen ꝛ mariā. Fueruntq; anni vite
amrā centūtrigintaſeptē. Filij q̄ȝ iſuar: chore
ꝛ napheg ꝛ zechri. Filij q̄ȝ oziel: miſahel ꝛ elſa
phan ꝛ ſechri. Accepit aūt aaron vxorē eliſa- s
beth filiā aminadab ſororē naaſon: q̄ pepit ei

bat ergaſtulū. a Ac redimā in
brachio excelſo. ac ſi diceret: non in
pecunia pro redemptione vr̄a danda
ſed p ſigna virtutis mee oſtenſiua.
b Et iudicijs magnis .i. plagis iu-
ſto iudicio meo egyptijs inſligēdis.
c Et aſſumā vos mihi in populum
et ero veſter deus. qd̄ factū fuit quā
do dedit eis legē ꝛ ipi receperūt eā.
d Et ſcietis. p experientiā bn̄ficioꝝ
meoꝝ. e Qui eduxerim vos de
ergaſtulo egyptiorum: et induxerim
vos in terrā ſup quā leuaui manum
meā .i. iuraui. f Ut darē eā abraā
de quo iuramento ht̄ Gen̄. xxij. vbi
dicit abrae: Per memetipm̄ iuraui
dicit dn̄s ꝛc. g Narrauit. Hic po
nitur dicte cōſolationis diuine rela-
tio: cum dr̄: Narrauit ꝙ moyſes oīa
pdicta dn̄i verba. h Filijs iſrael.
ad eorum conſolationem.
i Qui nō acquieuerunt ei. hoc non
eſt intelligendum de ſenibus popu-
li ſed de populo cōmuni qui magis
attendebat afflictionē laboris pre-
ſentis ꝙ verba moyſi conſolantis.
k Ecce filij iſrael nō audiūt me ꝛc.
Locus eſt a maiore negando.
l Preſertim cū incircūciſus ſim la
bijs. incircūciſus labijs pprie dicit
q̄ verbis ſupfluis vtitur: qd̄ non eſt
credendū de moyſe: ſed large accipi
endo trahit ad deſignandū quemli
bet defectū eloq̄ntie: ꝛ ſic dr̄ de moy
ſe ex vocis gracilitate: vt .ſ. dictū ē
iiij. ca. m Locutuſq; eſt dn̄s ad
moyſen et aaron. vt nō deſiſterent a
negocio incepto ex hoc ꝙ populus
iſrael non acquieſcebat eis.
n Et dedit mandatū ad filios iſrl
ꝛc. de monendo et conſolando eos:
quia bonus prelatus non debet ta-
lia omittere circa ſubditos ſi in prin
cipio non audiunt eum. Unde dicit
Paulus .ij. ad Thimo. iiij. Predi-
ca verbum inſta oportune īportune.
o Et ad pharaonem regem egypti.
cōminando penas ꝛ inſligēdo ſi ſta-
ret in rebellione. p Iſti ſunt prin
cipes domorum. Hic deſcribit moy-
ſi et aaron genealogia vt ſciretur in
poſterum qui et quales fuerunt: et
ne per identitatem nominis facta ſe
quentia alijs attribuerentur.
q Filij ruben primogeniti iſraelis
enoch et phallu: eſrō et charmi. In
cipit autem genealogiam iſtam de-
ſcribere a ruben: tum quia erat pri-
mogenitus reſpectu leui de cui⁹ tri-
bu fuerunt moyſes et aaron: tum qꝛ
iacob q̄ eū gēuit. Gen̄. xlix. dixerat
mala de rubē ſymeō ꝛ leui. vtȝ ibidē
lraȝ inuēti. iō h dſcripſit genealogiā
eoꝝ breuit̄ repetendo ne viderent a
deo reprobati: nec pceſſit genealo-
giȝando vltra tribū leui: tū qꝛ d alijs
tribub⁹ ſeq̄ntib⁹ mala n̄ dixerat: ſal-
tē talia vel tāta ſic̄ de iſtis: tū qꝛ iſta
genealogiȝatio fit h ppt̄ moyſen et
aarō q̄ erāt de tribu leui: et iō ibi ſte
tit ꝛ n̄ diffuſi⁹ genealogiȝauit eaȝ ꝙ
pcedētes: ex eadē cā. r Accepit
āt ārā vxorē iochabeth patruelē ſuā
.i. filiā patrui ſui. vt .ſ. dictū ē .ij. c.
s Accepit aūt aarō vxorem eliȝa-
beth filiā aminadab. q̄ erat de tribu
regia: qꝛ ppt̄ dignitatē ſacerdotalē
trib⁹ regia ꝛ ſacerdotal' fuerīt ꝯmixte

B

C

† E.1.a
Gen̄.46.b
Nu.26.a
1.Par.5.a

† 1.Par.23.a

† .E.2.a
Nu.26.g

D

 At vō eleazar

a Filij qȝ chore ⁊c. Stra. Queritur cur chore quē ꝓ iniq̄tate terra viuū abſorbuit: in genealogia iuſtoꝝ ſcriptꝰ ſit. Sed hereticos cū catholicis in eccleſia ſignificat futuros.
b Iſte eſt moyſes. Stra. Hoc ex ſuo addit eſdras: q̄ omnem bibliothecā poſt captiuitatē babylonicā cunctis libris a Nabuchodonoſor ſuccenſis reparauit. vel ipſe moyſes de ſe tā q̄ȝ de alio loquitur.

Ecce cōſtitui nadab ⁊ abiu et eleaçar et ithamar. a Filij quoqȝ chore: aſer et helchana et abiaſab. He ſunt cognationes choritaꝝ. (a chore.) At vero eleaçar filius aaron accepit vxorē de filiabus phutihel: que peperit ei phinees. a Hi ſunt principes familiarum leuiticarū ꝑ generationes ſuas. (vel cognationes.) Iſte eſt aarō ⁊ moyſes b quibus precepit dn̄s vt educerent filios iſrael de terra egypti per turmas ſuas. Hi ſunt qui loquūtur ad pharaonem regem (a diabolū. b principē tenebrarum harum.) egypti: vt educāt filios iſrael de (deum videntes.) egyptō. b Iſte eſt moyſes et aaron (a tenebris mundi. b Sermo propheticus c ſacerdotalis.) in die qua locutus eſt dominus ad moyſen in terra egypti. (in die loquitur deus ad ſuos non in nocte: quia in eo tenebre non ſunt vlle.) Et locutus eſt dn̄s ad moyſen dicēs: Ego dn̄s. (cuius dicere facere eſt: cui nemo reſiſtere ꝑōt.) Loquere ad pharaonem regem egypti oīa que ego loquor tibi. Et ait moyſes coram c domino: En in circūciſus labijs ſum: (alij gracili voce.) quomō audiet me pharao?

## Nico. de lyra

a At vo eleaçar filiꝰ aaron accepit vxorē d̄ filiabꝰ phutiel. iſte fuit ietro vt dicunt hebrei. b Iſte eſt aarō ⁊ moyſes quibus p̄cepit dn̄s. qn̄ cōbinantur: aliqn̄ aaron ꝑponitur vt hic tū rōne p̄mogeniture: tū q2 deꝰ p̄uiderat ⁊ elegerat eū i ſūmū ſacerdotē. Aliqn̄ ecōuerſo moyſes ꝑponitur: tum q2 ſibi cōmiſſum ē p̄ncipaliter educere filios iſrael de egypto: tū q2 verba dn̄i īmediate recipiebat ab eo et per aaron tanq̄ȝ ꝑ interpretem tradebat populo. c Et ait moyſes corā domino. Poſtq̄ȝ genealogiam moyſi et aaron interpoſuerat: hic redit ſcriptura ad id qḋ ſupra dixerat ante dictam genealogiçationē.

## Moraliter.

Ca. VI † Locutus qȝ ē dominꝰ ad moyſen. ꝑ quē figuratur p̄dicator euāgelij. Nā ſicut lex vetus fuit figura noui teſtamenti. j. Coꝛ. x. Oīa ī figura contingebant illis: ita moyſes legiſlator p̄dicatorē euangelij figurauit. f† Ego dn̄s q̄ apparui abraā ⁊c. Seq̄tur: † Et nomē me. ado. n̄ indicaui eis. ꝑ qḋ deſignatur q̄ deꝰ clariorem ſui cognitionē dedit apl̄is q̄ fuerunt p̄dicatores euāgelij q̄ȝ patribus veteris teſtamenti. Luce. x. Multi reges ⁊ ꝓphe voluerunt videre q̄ vos videtis ⁊ nō viderunt. Nam myſterium incarnationis ⁊ redemptiōis ab antiquis patribus fuit multum deſideratū. ſed aploꝝ tp̄e fuit impletum. Sequitur: i† Ego dn̄s qui educam vos de ergaſtulo egyptioꝝ ꝑ qḋ deſignatur infernꝰ: Nā ergaſtulū dr̄ ab erge qḋ eſt labor ⁊ ſtolon qḋ eſt miſſio: et ſignificat locū ad quē mittebantur damnati ad laborandum. a† Ac redimā in brachio extento. i. ī brachijs extētis accipiendo ſingulare ꝓ plurali qḋ freq̄nter fit in ſcriptura. Exo. viij. Venit muſca grauiſſima. i. multitudo muſcaꝝ. Chriſtus eni ꝑ extenſionē brachioꝝ ſuoꝝ in cruce redemit nos a diaboli ſeruitute. c† Et aſſumā vos mihi in populū. ꝑ ſacrm̄ baptiſmi qḋ virtutē hȝ a paſſione xp̄i: et induxerim in terrā. ſ. viuētiū. † Narrauit ḡ moyſes oīa ⁊c. Nā iſta ꝑ p̄dicatorē euāgelij ſunt fidelibus p̄dicanda. i† Qui nō acquieuerunt. nā pauci fideliū ꝯpatiue recipiunt p̄dicationē verbi dei cum effectu meliorationis vite. k† Ecce filij iſrael nō me audiunt et quō audiet me pharao? ꝑ quē intelligitur infidelis. hoc eni poſſet dicere ille qui mittitur ad p̄dicandū infidelibꝰ eo q̄ pauci fideles ꝑ p̄dicationem emendantur.

## Additio. j.

In ca. vj. vbi dicitur in poſtilla: Apparui abraam iſaac et iacob ⁊c. Expoſitio poſtillatoris de hoc qḋ dr̄: Nomē meū adonai n̄ īdicaui eis nō videtur cōſona rōni: nam ad ſuā rōnem ꝯfirmandā aſſignat duas rōnes minus ſufficientes. quarū prima eſt q̄ nomen tetragrāmaton fuit patribꝰ oſtēſum quantū ad vocē tm̄: nō autē quātū ad ſignificatū. Moyſi vo nō fuit ſolū oſtēſum quātū ad vocē: ſed etiā quantū ad ſignificatū: qḋ videtur inconuenienter dictū: nā indicare nomē ſm vocē tm̄ ⁊ nō ſm ſignificatū modice ſeu nullꝰ vtilitatis eſt cū noīa ad ſignificandū ordinantur ⁊ ſic ſm eos p̄res inutiliter ꝯguiſſent hoc nomē. Nō aūt ſecūda quā aſſignat ad hoc dicēs q̄ hoc nomē tetragrāmaton fuit oſtēſum moyſi et nō p̄ribꝰ ex hoc q̄ fuit ei ꝯceſſum videre diuinā eēntiam nude et clare: nō aūt p̄ribꝰ videtur facere ad ꝓpoſitū: tū q2 aliḋ eſt ꝯgſcere nomē ꝓpriū dei: et aliḋ videre diuinā eēntiā: pōt eni q̄dlibet

eni q̄dlibet illoꝝ ſine alio hr̄i: vt p3: tū q2 moyſes qn̄ fuit ſibi dictū: Apparui abraā ⁊c. nōdū fuerat ſibi ꝯceſſa viſio diuine eēntie: nā. j. xxxiij. ca. hoc petebat a deo dicens: Oſtende mihi gloriā tuā: vn̄ circa hoc videtur aliter dicendū. Ad cuius declarationē ſūt q̄dā p̄mittēda: p̄mū. ſ. q̄ ſm Tho. iij. parte. q. xliij. arti. j. in coꝛ. q. d. diuinitꝰ cōceditur hoī miracl̄a facere p̄ncipaliter ad ꝯfirmandā vitatē quā aliquis docet vt dū aliquis facit opa q̄ ſolꝰ deꝰ poſſet facere credatur ei q̄ ea q̄ facit vel docet ſint a deo: vn̄. ſ. iiij. ca. Si non crediderint inq̄t tibi neqȝ audierint ſermonē ſigni prioris credēt vbo ſigni ſequentis. et Iohā. x. Si mihi nō vultis credere opibꝰ credite. Scōm: q2 licet an̄ tp̄s moyſi deꝰ fecerit aliq̄ ſupnaturalia. ſ. nō ſm curſum cōem nature: vt de cōuerſione vxoris loth ī ſtatuā ſalis: et in ſubuerſione ſodomoꝝ ⁊ huiuſmodi: nunq̄ȝ fuit tn̄ ꝯceſſum alicui antiquoꝝ q̄ poſſet miracula facere in noīe diuino: vt crederetur ei in dicēdis ſicut moyſes cui hoc fuit ꝯceſſū a deo. vt ī hoc ca. ⁊ in q̄ȝplurimis ſequētibꝰ: vn̄ licȝ ſctī patriarche ꝯgnouiſſent oīpotentiam diuinā: eo q̄ multa a deo facta ſupra curſū nature viderāt viſibiliter: vel ſaltē ꝑ fidē ꝯgnouerāt de q̄ dicitur: Apparui abraā iſaac et iacob in deo oīpotente .i. nota fuit ſibi oīpotētia mea: non tn̄ deꝰ eis notificauit hoc nomē adonai. ſ. ꝯcedēdo eis ꝑtātē mirabilia facere ī hoc noīe ſicut moyſi. Rō aūt huiꝰ differentie talis ē. Nā ꝑ moyſen ex diuina ordinatione lex dei erat dāda. vn̄ Ioh. j. Lex ꝑ moyſen data ē. Ad cuiꝰ cōfirmationē oñdit miracula facienda vt crederetur legiſlatori. vn̄. j. Exo. xiiij. Viſo miraculo facto in mari rubro legitur. Vidit iſrl̄ manū magnā. ⁊ ſeq̄tur Et crediderūt dn̄o: ſȝ ꝯſtat q̄ dō ſm ſignificationē huiꝰ noīs. ſ. tetragrammatō p̄ncipaliter ꝑtinet miracula facere: vt p3 ex dictis in additione. ſ. ca. iij. in ar. vij. Siml̄r ſub eodē noīe ꝑtinet ppl̄m ſub lege a deo data applicari cultui diuino: vt p3 ī eadē additiōe arti. ix. ⁊ iō moyſi fuit ꝯceſſum facere miracula mō p̄dicto: nō aūt patribus et ſic intelligendū ē qḋ dr̄: Nomē meū adonai non indicaui eis. ſ. cōcedendo eis miracula facere qḋ ad deū ꝑtinet ſm ſignificationē huius noīs ſicut ⁊ tibi cōceſſi: nec etiā incōuenienter diceretur q̄ nomē tetragrāmaton etiā ſm vocē nō fuit p̄ribꝰ reuelatū. Qḋ aūt obijcitur a poſtillatore de hoc qḋ hr̄ Ge. xv vbi dr̄. Ego ſū dn̄s q̄ eduxi te de hur chaldeoꝝ: vbi ī hebreo loco huiꝰ noīs dn̄s: ponitur tetragrāmatō: nō valet. Nam illa ſunt verba moyſi ſcribentis ea q̄ tranſierunt int̄ deū ⁊ abraam quē deū moyſes ꝯgſcebat ſub noīe tetragrāmatō: ⁊ iḋo ſic eū noīabat: nō aūt abraā ſub noīe dei q̄ eum eduxerat de hur chaldeoꝝ. Cōtinuantur aūt hec vba. ſ. Apparui abraam ⁊c. et nomē meū adonai nō indicaui eis: cū p̄cedentibꝰ ⁊ ſequētibus ſm hāc expoſitionē ſic: Conq̄rebatur. n. moyſes dō de hoc q̄ pharao peiꝰ ſe hēbat circa ppl̄m pꝰ eiꝰ miſſionē q̄ȝ antea. et hoc cū dr̄ ī fine p̄cedētis ca. Ex eo. n. q̄ ingreſſus ſum ad pharaonē vt loq̄rer ī noīe tuo afflixit ppl̄m ⁊c. ad qḋ deꝰ reſpōdit: Nūc videbis q̄ facturꝰ ſū pharaoni. ꝑ manū. n. fortē dimittet eos. q. d. Obduratio pharaonis et eiꝰ rebellio de q̄ tu moleſtaris erit occaſio q̄ ego nō ſimpl̄r ꝑ viā q̄ſi naturalē ſed potiꝰ ꝑ potētiā meā potētē miraculoſeqȝ opantē eos educā: intm̄ q̄ ipſemet eijciet eos de t̄ra ſua q̄ꝓpter indicaui tibi nomē meū ſub q̄ pertinet ad me miracula facere qḋ non feci p̄ribꝰ. q̄ q̄dē eductio miraculoſe erat a deo intēta: vt ſic ppl̄m īformaret de potētia ⁊ ꝓuidētia diuina: vt eſſent apti ad hoc vt aſſumerentur ī ppl̄m dī: et hoc ē qḋ dicitur paucis inꝑoſitis ī eodem cōtextu: iḋo dic filijs iſrl̄: Ego dn̄s q̄ educā vos de ergaſtulo egyptioꝝ ī brachio extēto et iudicijs magnis: ⁊ aſſumā vos mihi ī ppl̄m et ero vr̄ deꝰ: ſcietiſqȝ q̄ ego ſū dn̄s deꝰ vr̄. Ex q̄ hꝰ p3 q̄ deꝰ q̄ ſm Aug. ē adeo bonꝰ q̄ etiā ex malis eliciat

bona: ex ꝑteruia.n.ꝛ obſtinatiōe pharaonis ħ bonū elicuit ſcʒ vt ex ħ eliceret̃ ꝙ deꝰ magna miracula faciēs oñderet̃ i liberatiōe ppl̃i et ex ħ ppl̄s ꝯgſceret deū et aſſumeret̃ in eiꝰ populū: et ꝑ hūc modū deꝰ ſatiſfecit queſtionibꝰ ipiꝰ moyſi. Oꝛ aūt obduratio pharaonis cēt rō vt magna ſigna diuīa fierent ꝯ egyptios: ita vt ex ħ ſequeret̃ ꝙ ppl̄s iſraeliticꝰ ãpliꝰ ꝯgſceret deū pʒ ī multꝭ locꝭ ſpēalr̃.ĩ.x.ca. vbi dr̃. Ingredere ad pharaonē ego.n. īdurauī coꝛ eiꝰ et ſuoꝝ illiꝰ vt faciā ſigna magna hec narres ī auribꝰ filij tui et nepotū tuoꝝ q̃tiēs contriuerim egyptios et ſig̃ fecerī ī eis.ꝛ ſciatꝭ q̄ꝛ ego dñs: ex q̃bꝰ v̄bis ex pſſe hr̃ intentū. Qualit̃ aūt dicat̃ deꝰ īduraſſe coꝛ pharaonis pōt dupl̄r ītelligi: vl̄ ꝑ ſbtractionē gr̄e ī penā pctōꝝ ꝑcedētiū vel ſm glo. q̄ꝛ obſtinatioꝛ fiebat malꝰ animꝰ ꝓ eo ꝙ deꝰ patiēter eū ſuſtinebat. ¶ In eo.ca.vj. vbi dr̃ ī poſtilla: Et recordatus ſū pacti mei ꝛc.

## Additio.ij.

Sic obliuio ꝛ recordatio nō cadūt ī deo. ſic eadē rōne nō videt̃ dicēdū ꝙ iſta ſilitudo referat̃ ad effectꝰ a deo ꝓcedētes tm̃.ſ. ꝙ deꝰ ꝓduxit erga filios iſrael effectꝰ ſil̃es effectibus recordātꝭ et ħ qñ cepit eos adiuuare poſtq̃ lōgo tp̄e eos nō adiuuerat.ꝛ de ħ vide.ſ. Geñ.vj. ī additiōe.iiij. ¶ In eo.ca.vj. vbi dr̃ ī poſtilla. Et īcircūciſus ſum labijs ꝛc.

## Additio.iij.

Incircūciſus labijs magꝭ ꝓprie videtur dicendꝰ q̄ lʒ hʒ ī labijs aliq̄d īpedimentū coꝛpale: vtputa aliquā carnis ſupfluitatē ꝛ hmōi: q̄ꝛ ꝓlatio v̄boꝝ que labijs ꝓferunt̃ īpedit̃: vñ ſic.ſ.ca.iiij. conquerebat̃ moyſes de īpedimēto locutionis ex pte oris et lingue: nūc etiā addit ex pte labioꝝ: vt ſic oñderet ꝙ organa coꝛpoꝛea quibꝰ v̄ba ꝓferunt̃ erāt ī eo īepta ad loquēdū: et ex ħ nō erat vir eloq̄ñs vt ſupra dixit. De vocꝭ aūt gracilitate ſeu tenuitate nulla fit mētio ī lr̄a: nec optet fingere. ꝓſerti cū ī vltima ſenectute ſua legat̃ ꝙ loquebat̃ oībꝰ filijs iſrael ſimul vt pʒ Deut.j.ꝛ.xxxj. ꝙ nō poſſet eē cū tenuitate vocis.

## Replica

quattuor circulos aureos quos poſuit in quattuor
angulis per ſingulos pedes menſę contra coronaz. c
Miſitq3 in eos vectes: vt poſſet mẽſa portari: Ipſoſ/
q3 vectes fecit de lignis ſethim: et circũdedit eos au
ro: et vaſa ad diuerſos vſus menſę: acetabula phia
las et cyathos et thuribula ex auro puro: in q̄bus
offerenda ſũt libamina. Fecit et cãdelabruz ductile
de auro mũdiſſimo: De cui⁹ vecte calami cyphi ſphę
rulę ac lilia ꝓcedebãt: Sex in vtroq3 latere. Tres ca
lami ex pte vna: ⁊ treſ ex altera. Tres cyphi i nucis
modũ p̄ calamos ſingulos ſphęruleq3 ſimſ et lilia: ⁊
tres cyphi inſtar nucis i calamo altero: ſphęruleq3 ſi
mul ⁊ lilia. Equũ erat op⁹ ſex calamorũ q̄ ꝓcedebãt d

lo vſq3 ad angulu3. ſ. ab angulo cõ
iungente parietem aquilonarez et
orientalem tabernaculi vſq3 ad an
gulum coniũgentem parietem au/
ſtralem et orientalem eius. Cetera
exponantur ſicut ſunt expoſite ſu/
pra ca. xxvj. ¶ Ca. XXXVI
Moraliter. Poſita p̄/
cedẽti ca.
determinatione offerendorum pro
cõſtructione tabernaculi: Hic con
ſequenter ponitur executio eiꝫ di/
citur: † Quotidie mane popu/
lus vota offerebat. per hoc inſtrui/
tur populus chriſtian⁹ ⁊ multo for
tius clerici principes ⁊ p̄lati: vt ſin
gulis diebus intẽdant diuino cul/
tui anteq3 ad opera ꝓpria manuz
mittant. † Plus offert populuſ A
q̄3 neceſſe eſt. hoc enim poſſum⁹ de
iſtis dicere ꝙ populus chriſtianus
et principes tot ⁊ tanta obtulerũt
prelatis ⁊ miniſtris eccleſie ſaltem
in pluribus terris ꝙ aſcendunt vl
tra neceſſitatem. imo etiam contra
vtilitatem ꝓpter abuſum inde ſe/
quentez: nam multi bonis eccleſie
datis nimis abutunt̄ ad pompam
terrenam ⁊ amicorum ſuorũ carna
lium exceſſiuam ditationem: vt de
alijs verecundioribus taceamus.
† Iuſſit ergo moyſes p̄conis vo/
ce cantari nec vir nec mulier q̄cq3
vltra offerat ⁊c̄. Hic exemplo moy
ſi ſuperiores in eccleſia deberẽt vt
videtur finem imponere tempora/
lium augmentationi: ſalteꝫ in illis
locis vbi talis augmentatio nõ ꝓ/
deſt ſʒ multũ obeſt: eo ꝙ multis mi
niſtris eccleſie p̄bet occaſionẽ mul
tiplicis ruine. Sed ſicut ſcribit̄ ꝓ/
uerb. xxx. Sanguiſuge due ſunt fi
lie dicẽtes ſemp̄: affer affer. Et iſte
ſunt amor inordinatus ꝓprie excel
lentie: ⁊ inordinatus çelus carna/ B
lis parẽtele: que nõ ſolũ clamãt: af
fer affer: ſʒ aufer aufer. i. tolle vi:
tolle fraude: ꝓpter quod Greg. pa
pa diſpoſuit in hoc ponere moduz
vt dicit dominus Hugo cardinaliſ
ſuper locum iſtũ. ¶ Ca. XXXVII
Fecit aũt ⁊ beçele. Hic poni
tur executio op̄is q̄ttuz ad
ea q̄ erãt ĩtra tabernaculũ.
⁊ p̄mo illorꝫ q̄ erãt intra ſctã ſctõrũ.
ſcʒ arce ꝓpitiatorij ⁊ ipſorꝫ cheru/
bin. b Cherub vnũ in ſũmitate
vni⁹ partis. ſumitas hic accipit̄ ꝓ
pte ſup̄iori ſm opinionez Ra. Sa.
dicẽt̄ ꝙ cherubin erant poſita ſup̄
op̄culũ arce qd̄ erat ꝓpitiatorium
ſm ip̄m. ſm aliã opinionẽ ſũmitas
c hic accipit̄ ꝓ extremitate: q̄ dic̄ che
rubin ſuſtentabãt extremitates ꝓ/
pitiatorij: vt dictũ ẽ. ſ̄. xxv. ca. ſcd̄o
ponit̄ executio q̄ttuꝫ ad ea q̄ erant
ex̄ ſanctũſctõꝝ ↄtra velũ in illa pte
tẽpli: q̄ ſanctũ vel ſancta noiat̄. cũ
d̄r: Fecit ⁊ menſaz. c Cõtra coro
nã. i. ĩmediate ſub corona: vt expo
ſitũ eſt. ſ̄. xxv. ca. Conſeq̄nter agit̄
d̄ cãdelabro qd̄ erat ibidem. cũ d̄r:
Fecit ⁊ candelabrum. Sequitur:
d Equũ erat op⁹ ſex calamorꝫ. qd̄
exponit̄ dupliciter: vno mõ ꝙ lʒ aliq̄
calami orirent̄ de haſtili inferi⁹ a/
lijs: tñ in pte ſup̄iori eq̄liter aſcẽde
bãt. alit̄ ſic: Equũ erat ⁊c̄. i. vnifor/

Chriſtus eſt eccleſie caput.
a Et lucernaſ ſeptē ꝛc.
ſpiritūſanctū ſignificat:
q̄ ſeptiformi gratia illu/
ſtrat eccliaꝫ ī vnitate fi/
dei ꝯſiſtētē: vl' xp̄m por/
tantē ecclias ſeptē ī q̄b⁹
ſeptiformis ſpūs ſplen/
dor emicat. b Cū emū/
Eſa.6a. ctorijs. Que ī Eſaia for/
cipes appellanꝫ: duo te/
ſtamēta.ſ.quib⁹ peccata
purgantur: que intra ſe
D ſancti ſpiritus vniōe ſo/
cianꝫ. Ca. XXXVIII
c Fecit ꝛ labrū eneum
ꝛc. Grego. Labrū eneuꝫ
moyſes ponit in q̄ ſacer/
dotes lauenꝫ ſanctaſan
ctoꝝ ingreſſuri: quia lex
dei pri⁹ lauari nos p cō/
pūctionē p̄cipit: vt nr̄a
imūdicia ad penetrādā
ſecretoꝝ dei mūdiciā nō
obſiſtat. Fit aūt labrū ō
ſpeculis mulieꝝ que ad
oſtiū tabernaculi indeſi
nenter excubāt. Specu/
la enī mulierū ſunt p̄ce/
pta dei: in quib⁹ ſcte aīe
✝.36.diſ.§. ſemp aſpiciūt: ꝛ ſi que in
ecce in p:i. eis ſunt feditatis macle
dep̄hendūt: cogitationū
vitia corrigunt: ꝛ q̄ſi re/
nitētes vult⁹ ex reddita
imagīe cōponūt. Quia
dum preceptis dn̄icis ſo
lerter intendūt ī eis q̄d
in ſe celeſti viro placeat
A vel diſpliceat agnoſcūt:
q̄ q̄ḋiu in hac vita ſunt
eternū tabernaculuꝫ in/
gredi nō poſſunt. Sꝫ tñ
ad oſtiū tabernacli mu/
lieres excubant: qꝛ ſan/
cte anime etiam cū infir/
mitate carnis grauanꝫ:
amore tamē cōtinuo in/
greſſuꝫ interni introituſ
obſeruant. Moyſes er/
go ſacerdotib⁹ labrū de
ſpeculis mulierū poſuit
vel fecit: qꝛ lex dei laua/
crum cōpunctiōis pecca
toꝝ noſtroꝝ maculis ex/
hibet: p q̄ ſancte aīe ſu/
perno ſponſo diſplicue/
runt. Intuēda nobis ce
leſtia precepta p̄bet: qui
bus diligenter intendi/
mus interne noſtre ima/
ginis maculas videm⁹.
Videntes aūt maculas
in penitentie dolore cō/
pungimur. Cōpuncti ve
ro quaſi in labro de ſpe/
culis mulierū lauamur.
✝.36.diſ.§. Tunc ergo de nobis ve
ecce in fi. re cōpungimur: ſi ſtudi/
oſe p̄cedentiū patruꝫ fa/
cta penſam⁹: vt cōſpecta
illa gl'ia ī oculis nr̄is vi/
B ta nr̄a ſordeſcat. Tūc ve
re cōpūgimur cū p̄cepta
dei ſtudioſe pſcrutamur
vt p hec pficere ꝯtēda/
m⁹ p q̄ pficiſſe cognoui/
mus quos veneramur.
Paxillos

de ſtipite cādelabri. In ipo aūt vecte
erāt q̄ttuor cyphi ī nucis modū: ſphe
rulēq; p ſingulos ꝛ lilia: et ſpherulē ſb
duob⁹ calomis p tria loca: q̄ ſil' ſex fi/
unt calami p̄cedentes de vecte vno.
Et ſpherulē igiꝫ ꝛ calami ex ipo erāt:
vniuerſa ductilia ex auro puriſſimo.
a b Fecit ꝛ lucernas ſeptē cū emūctorijs
ſuis: ꝛ vaſa vbi ea q̄ emūcta ſūt extin
guanꝫ de auro mūdiſſimo. Talentuꝫ
auri appendebat candelabrū cū om̄i/
a ſ corpus chriſti vel quoſlibet ſanctos in quibus ardet ſemper diuinus ignis ꝛ ſemp caro conſumitur.
bus vaſis ſuis. Fecit ꝛ altare thymia a
matꝫ ꝛ de lignis ſethim: habēs p qua
drū ſingulos cubitos: ꝛ in altitudine
duos: e cui⁹ angulis p̄cedebant cor/
nua: veſtiuitq; illud auro puriſſimo
cū craticula ac pietib⁹ ꝛ cornib⁹. Fecit
q; ei coronā aureolā p gyrum: ꝛ duos
anulos aureos ſub corona p ſingl'a la
tera: vt mittanꝫ ī eos vectes: ꝛ poſſit
altare portari. ✝ Ipos aūt vectes fecit
de lignis ſethim: ꝛ opuit laminis au/
a ſ grām ſpūſſancti hn̄teꝫ in ſe pacē ꝛ miſericordiā p ſal uatoris aduentū vn̄ in cordib⁹ nr̄is lumē virtutꝫ accedꝫ.
reis. Cōpōſuit ꝛ oleū ad ſctificatiōis
vnguentū: ꝛ thymiama ō aromatib⁹
mundiſſimis opere pigmentorij.

F ✝ Ecit ꝛ altare Ca. XXXVIII b
holocauſti de lignis ſethim
quinq; cubitorū p quadrū ꝛ
trium in altitudine: cuius cornua de
angulis p̄cedebant. Operuitq; illud
laminis ēreis. Et in vſus ei⁹ parauit
ex ēre vaſa diuerſa: lebetes: forcipes
fuſcinulas vncinos ꝛ igniū receptacu
la. Craticulāq; eius ī modū rētis fecit
ēneā ꝛ ſubtꝫ eā ī altaris medio arulaꝫ
fuſis q̄ttuor anulis p totidē retiaculi
ſummitates ad imittēdos vectes ad
portādū: Quos ꝛ ipſos fec ō lignis ſe
thim: ꝛ opuit lamīs ēneis: īduxitq; in
circulos q̄ ī altarꝫ laterib⁹ eminebāt.
Ipm āt altare nō erat ſoliduꝫ: ſꝫ cauū
a ſ compunctionem vehementem.
c ex tabulis ꝛ int⁹ vacuū. Fecit ꝛ labrū c
a ſ timore dei. b ſ p̄cepꝫ diuinis. c ſ ſcāꝝ animaꝝ.
ēneū cū baſi ſua ō ſpeculis mulierū: q̄ ✝
a ſ cōtinuo amore ingreſſum regni eterni obſeruantes ſ introitu. ſ nō manufacti.
excubāt ī oſtio tabernaculi ✝ Fecit ꝛ a/
triū: ī cui⁹ auſtrali plaga erāt tētoria
ō byſſo retorta cubitoꝝ cētū: Colūne
ēnee viginti cū baſib⁹ ſuis: capita colū
naꝝ: ꝛ tota operis cēlatura argentea.
Eque ad ſeptētrionalē plagā tētoria
colūne: baſeſq; ꝛ capita colūnaꝝ eiuſ/
dē mēſurē ꝛ opis ac metalli erant. In

me ī forma ꝛ figura. Cetera exponunꝫ ſic.ſ.
expoſita ſūt ca.xxv. Cōſequenꝫ agiꝫ de alta
ri thymiamatꝫ.cū dꝛ: a Fecit ꝛ altare ꝛc.
qd̄ altare erat inꝫ mēſaꝫ ꝛ cādelabrū. ꝛ expo
naꝫ qd̄ hic dꝛ ſic.ſ.xxx.ca. Ca. XXXVII
Moraliter. a✝ Fecit ꝛ p̄pitia
toriū.i.oraculū.per
qd̄ deſignaꝫ eccl'ia in q̄ ſiūt laudes ꝛ preces
ad p̄pitiationē dn̄i p̄curandā. ✝ De au/
ro mūdiſſimo. nā eccl'ia n̄ debet hr̄e maculā
neq; rugā. ✝ Duos etiā cherubim. p q̄s ſi/
gnificanꝫ eccl'ie p̄lati. nā cherubim interp̄ta
tur plenitudo ſcie: que debet ī p̄latis eſſe. de
bent enī ſcire vet⁹ ꝛ nouū teſtamentū. p hoc
aūt qd̄ dicīꝫ duos gemina charitas dei .ſ. et
p̄ximi deſignaꝫ: que debet in p̄latis euiden/
tius feruere cum ex officio p ſalute ppl'i ſui
corporalē vitā exponere: ſi caſus neceſſitatiſ
occurrerit teneanꝫ. Ioh.x. Bon⁹ paſtor aīaꝫ
ſuā dat p ouib⁹ ſuis. iō ſubdiꝫ: ✝ Ex auro
ductili. fuerūt enī facti cū martello p qd̄ deſi
gnaꝫ q; eccleſie p̄lati debēt ſemp eſſe parati
ad ſuſtinendū pſecutiōes p ſalute gregꝫ ſui.
✝ Quos poſuit ex vtraq; pte p̄pitiatorij.
per qd̄ deſignaꝫ q; p̄lati ſemp debent intēde
re ſuaꝝ eccleſiaꝝ regimini: ꝛ non ſtare in cu/
rijs regū vel principū niſi in caſu neceſſitatꝫ
et ad h̄ vocati. ✝ Extendētes alas.i.intel/
lectū ſuū ꝛ affectum applicātes cōtemplati/
oni diuinoꝝ: ꝛ nō ad habendū longā comiti
uam equoꝝ ꝛ domicelloꝝ. ✝ Et tegentes
p̄pitiatoriū.i.p opus actiue vite intendētes
ad eccl'ie ſubſidium verbo ꝛ exemplo infor/
mantes ppl'm ſibi cōmiſſuꝫ. Grego.ī paſto.
Sit p̄ſul actione p̄cipuus ꝛ p̄ ceteris in cōtē/
platiōe ſuſpēſus. Sicꝫ ī ſcala iacob āgeli aſcē
debāt ꝛ deſcēdebāt. Sꝫ aliq̄ coꝝ ſunt ſicꝫ mil
ui qui nō deſcēdūt niſi ad cadauera rapiēda
ſic iſti ad bona tp̄alia querēda: que tñ Pau
lus apl's arbitraꝫ vt ſtercora. Phil.iij. ✝.Pa.1.a.

F b Ecit ꝛ altare ho Ca. XXXVIII
locauſti. Hic ꝯñr poniꝫ executio ope
ris q̄ſtum ad ea que erāt extra taber
naculū: ꝛ p̄mo q̄ſtū ad altare holocauſtorū.
ſcd̄o q̄ſtū ad labrū eneū.cū dꝛ: c Fecit ꝛ la
brū ene. cū baſi ſua ꝛc. Dicūt expoſitores no
ſtri cōmuniter q; iſte erāt mulieres deuote q̄
veniebāt frequēter ad oſtiū tabernaculi ra/
tione cultus diuini ꝛ in ſignū q; nolebāt am
plius intendere ornatui exteriori obtulerūt
ſpecula ſua: quoꝝ capſe erāt enee: ꝛ de illis
factum eſt vas p̄dictū. Ra. Sa. dicit q; hic ē
textus verus: De ſpeculis mulierū exerciti
antiū vel circūeuntiū ad oſtiū tabernaculi.
ꝛ ſm̄ p̄mā ſignificationem exponit dicēs q;
mulieres hebree qñ pharao voluit impedire
multiplicationē ppl'i p generationē opprimē
do viros laborib⁹ ne vacarent amplexibus
vxores eoꝝ cōponebāt ſe ad ſpecula vt pro/
uocarēt viros ſuos ad actū matrimonij non
libidine ducte ſꝫ p̄lis amore: ꝛ ſic p̄creaue/
runt exercitū filioꝝ iſrael: quoꝝ p̄ncipes tri
buū in quibus quodāmodo cōtinebaꝫ totū
negociū populi cōſiſtebāt ad oſtiū taberna/
culi: vbi manebāt moyſes ꝛ aaron ad tractā
dum cū eis de negocijs populi. Sm̄ ſcd̄o aliā
ſignificationē exponit ō mulierib⁹ deuotis:
que manebāt in caſtris circa latera ꝛ p⁹ ter/
gum tabernaculi q̄s oportebat circūire ve/
niendo ad oſtiū tabernaculi cauſa oblatiōis
faciēde. Aliꝫ aūt exponunt doctores aliq̄ q;
circa labiū eneum erant ſpecula affixa vt ſa/
cerdotes viderēt maculas abluendas ꝛ illa
ſpecula fuerūt oblata a mulierib⁹ deuotꝫ: et
ſic qd̄ dꝛ: Fec ꝛ labrū eneū cū baſi ſua ō ſpe/
culis mulieꝝ. h̄ accipiꝫ facere p aptare vl' or/
nare. ꝛ ſic aliquando accipitur in hebreo. vt
dictum fuit Gen̄.j.ca.

Capita

a Parillos q̃z. Strab. Parilli ſm lr̃am erãt in ſũmitate colũnarũ fixi quib⁹ funes religabant̃ q̃ cortinas a terra ſublenabant: firmati ſupiorib⁹ q̃buſdam anſulis: inferi⁹ vero religati ad p̃dictos parillos cortinas extẽdebãt: ne rugã ↄtraherẽt. Myſtice Myſtice vero funes ſignificãt ſcrãm ſcpturã: de q̃ ſalomon ait: Eccs. 4. b Funiculus triplex difficile rũpit̃: q: ſctã ſcptura hiſtoria moralitate ⁊ allegoria ↄſtãs nullis hereticoꝝ dogmatib⁹ põt dirũpi. Parilli ĩ modũ ligue facti linguas doctoꝝ ſignificãt: q̃ ſcripturam pplis exponũt. Cortinas etiam a terra ſublenãt ⁊ extẽdũt: q: ſbiectos docẽt ſequi: ⁊ imitari celeſtia: nullamq; mali vel fraudis rugã cõtrahere. Locutuſq;

# Nico. de lyra

a Capita colũnaꝝ ⁊ tota oper̃ celatura argentea. In hebreo habet̃: Uncini columnaꝝ ⁊ cincture eaꝝ d̃ argẽto. ⁊ eodẽ modo infra vbi ponunt̃ cõſimilia verba.
b Ipſas colũnas atrij veſtiuit argẽto. In hebreo habet̃: Capita colũnaꝝ liniuit vel operuit argẽto. ⁊ exponant̃ iſta ſic. ſ. xxvij.
c. Hec ſunt inſtrumẽta. In heb. habet̃: Hi ſunt cõputi vel nũeri. ⁊ videt̃ h̃ meli⁹ dictũ vt pz ex littera ſeq̃nti: q: noĩant̃ ⁊ etiã nũerantur põdera metalloꝝ de quib⁹ facta ſunt opa tabernaculi. d In cerimonijs leuitaruz. i. obſequijs eoꝝ: q: ad eos ptinebat portare tabulas tabernacli ⁊ baſes ⁊ operimẽta ⁊ plura alia. ſilr deponere tabernaculũ in motiõe caſtroꝝ et erigere ipm in loco poſitionis caſtroꝝ. e Per manũ ithamar. i. ſm ordinationẽ ei⁹ ⁊ p̃ceptum.
f Omne aurũ. Hic ponit̃ numerus auri. g Qd̃ expenſum ẽ in ope ⁊c̃. xxix. talentoꝝ fuit. In hebreo habet̃ xxix. centenarioꝝ. dicit aũt Ra. Sa. q͛ centenari⁹ cõtinet. lx. mnas. mna aũt ſanctuarij duplex erat reſpectu cõis. ⁊ ſic cẽtenarius cõtinebat. cxx. mnas. et mna. xxv. ſiclos. et ſic cẽtenarius ſanctuarij cõtinebat tria milia ſiclos. h Oblatuz eſt aũt ab his ⁊c̃. In hebreo habet̃ ſic: Argẽtũ aũt nũerationis populi fuit centuz cẽtenarij ⁊ mille ſeptigẽti ⁊. lxxv. ſicli ad põdus ſanctuarij. dimidi⁹ ſiclus p ſingula capita oĩm tranſeuntiũ ad numeꝝ a. xx. ãnis ⁊ ſupra de ſexcẽtis ⁊ trib⁹ milib⁹ ⁊ q̃ngẽt̃ q̃nq̃gita viris. ⁊ ſm h̃ nũeratio populi nõ eſt referenda ad numerũ auri p̃dicti: ſz magis ad numerũ argenti. cui⁹ ratio eſt: q: in nullo loco inuenit̃ ſcriptum q͛ in numeratione ppli nũerati ſoluere debeãt vel offerre aliquã q̃ntitatem auri ſed argenti. ſ. quilibet dimidiũ ſiclũ. vt dictũ eſt. ſ. xxx. ca. Et ſi cõſideret̃ numerus argenti hic expreſſus: correſpõdet nũero viroꝝ accipiendo ꝓ quolibet dimidium ſiclum. vnus enim centenarius valet tria milia ſiclos. vt viſum eſt. ⁊ p ↄſequẽs centũ centenarij

ea vero plaga q̃ ad occidẽtẽ reſpicit: fuert̃ tẽtoria cubitoꝝ quinq̃ginta: colũne decem cũ baſib⁹ ſuis eneę: ⁊ capita colũnarũ: et tota opis cęlatura argẽtea. Porro ↄtra oriẽtẽ q̃nq̃ginta cubitoꝝ parauit tentoria: e quib⁹ q̃ndecim cubitos colũnarũ triũ cũ baſib⁹ ſuis: vnũ tenebat lat⁹:

a ſ. eccleſie que in heremo hui⁹ vite conſtruit̃.

et in pte altera: q: inter vtrũq; itroitũ tãbernaculi fecit: q̃ndecim ęque cubitoꝝ erãt tentoria: colũneq; tres ⁊ baſes totidem. Cuncta atrij tẽtoria byſſus retorta texuerat. Baſes colũnaꝝ fuere eneę: capita aũt eaꝝ cũ cũctis cęlaturis ſuis argẽtea: Sz et ipſas colũnas atrij veſtiuit argẽto: et ĩ introitu ei⁹ ope plumario: fecit tẽtoriũ ex hiacyntho: purpura: vermiculo ac byſſo retorta: qd̃ habebat viginti cubitos in lõgitudie: altitudo vero quĩq; cubitoꝝ erat: iuxta menſurã quã cuncta

a ſ. quattuor ſunt euãgeliſte firmitate fidei ſolidate

atrij tẽtoria habebãt. Colũnę aũt in ingreſſu fuere q̃ttuor cũ baſibus eneis: ca

ſ. claritate diuini eloquij.

a pitaq; earuz cęlaturę argẽteę: Parillos q̃z tabernaculi ⁊ atrij p gyrũ fecit ęneoſ. Hęc ſũt inſtrumẽta tabernaculi teſtimonij: q̃ enũerata ſunt iuxta p̃ceptũ moyſi: c in cerimonijs leuitarũ p manũ ithamar d e filij aaron ſacerdotis: q̃ beęleel fili⁹ huri filij hur d̃ tribu iuda: dño p moyſen iubẽte cõpleuerat: iũcto ſibi ſocio ooliab: filio achiſamech d̃ tribu dan: q̃ ⁊ ipſe artifex lignoꝝ egregius fuit: ⁊ polymitarius atq; plumari⁹ ex hiacyntho: purpura vermiculo et byſſo. Omne aurũ qd̃ ex f g pẽſuz eſt ĩ ope ſanctuarij: ⁊ qd̃ oblatuz ẽ in donarijs: viginti ⁊ nouẽ talentoꝝ fuit: ⁊ ſeptingentoꝝ triginta ſicloꝝ: ad menſurã ſanctuarij. Oblatũ ẽ aũt ab his q̃ trã h ſieꝛt ad nũeꝝ a viginti ãnis ⁊ ſup: d̃ ſexcẽtis trib⁹ milib⁹ ⁊ q̃ngẽt̃ q̃nq̃gita armatoꝝ. Fuert̃ p̃terea cẽtũ talẽta argẽti: e q̃bus ↄflatę ſũt baſes ſanctuarij: ⁊ itroit⁹ vbi velum pendet. Centum baſes factę i ſunt d̃ talentis centũ: ſingulis talentis k p baſes ſingulas ſupputatis. De mille l aũt ſeptingentis ⁊ ſeptuaginta q̃nq; ſiclis fecit capita columnaꝝ: quas ⁊ ipſas veſtiuit argento. Eris quoq; oblata ſũt talẽta ſeptuagitaduo milia: ⁊ quadringenti ſupra ſicli: ex quibus fuſę ſunt baſes in introitu tabernaculi teſtimonij: ⁊ altare ęneum cũ craticula ſua: oĩaq; vaſa quę ad vſum ei⁹ ptinent: ⁊ baſes atrij tam ĩ circũitu q̃z in ingreſſu eius: et parilli tabernaculi atq; atrij per gyrum.

tenarij valẽt trecenta milia ſiclos integros ⁊ p ↄñs valẽt ſexcenta milia dimidios. Itez mille ſeptin a gẽti. lxxv. integri valent tria milia q̃ngentos q̃nquaginta dimidios ⁊ ſic habet̃ numerus p̃dict⁹ virorũ. ſ. ſexcentoꝝ triũ miliũ ⁊ q̃ngentoꝝ q̃nquaginta. i Centuz baſes. xl. eni erãt in latere aquilonari ⁊ tot in auſtrali. ⁊. xvj. in occidentali ſub tabulis tabernaculi ⁊ q̃ttuor ſub q̃ttuor colũnis i q̃bus appendebat velum diuidẽs ſanctũ ⁊ ſanctũſanctoꝝ. k De talentis centũ. In hebreo habet̃: De cẽtenarijs centũ. l De mille aũt ſeptingentis ⁊c̃. In hebreo habet̃: De mille ſeptingẽt̃. lxxv. ſiclis fecit vncinos colũnarũ ⁊ li b niuit capita earuz argento. ⁊ hec videt̃ verior lr̃a: q: hic loquit̃ de colũnis atrij: que erãt. lx. p circũtũ. argentũ aũt hic enumeratum nõ aſcẽdit ad q̃titatẽ vni⁹ centenarij fere de medietatibus. ĩ qualibet aũt baſe fuit vn⁹ cẽtenarius integer: vt dictũ eſt. ⁊ ſic ĩ vna ſola baſe plus fuiſſet fere in duplo de argẽto q̃z in oĩb⁹ colũnis atrij. qd̃ videt̃ abſurdũ. ⁊ iõ nõ videt̃ poſſibile q͛ capita eaꝝ fuerĩt argẽtea nec ipe veſtite argẽto: ſz vncini tñ fuerũt argẽtei ⁊ capita eaꝝ linita vel opta argento ſic. ſ. expoſitũ ẽ. xxvij. ca. cetera patẽt.

Ca. XXXVIII

## Moraliter.

Illud q͛ in principio hui⁹ ca. ponit̃ ſupi⁹ expoſituz eſt myſtice ꝓpter h̃ hic dimitto: ⁊ plura alia dimiſi ⁊ dimittã eadez rõne. c† Fecit ⁊ labrũ eneũ cuz baſi ſ. ⁊c̃. Per ſpecula mulierũ ſignificant̃ diuia p̃cepta in quibuſ aĩe deuote ſpeculãtes ⁊ meditantes vidẽt q̃d amouere debẽt a ſeipſis. ſ. maculas vitioꝝ: et q̃d ſibi apponere. ſ. ornamẽta vtutũ: hec eni duo diuina p̃cepta manifeſte oſtẽdũt q̃ docent duas ptes iuſticie. ſ. d̃clinare a malo ⁊ facere bonũ. † Que excubabãt in oſtio tabnaculi. per tabnaculũ hic ĩtelligit̃ ipm celũ: qd̃ aĩe deuote non pñt ingredi durãte vita pñti: ſed diligẽter attẽdũt q̃liter poſſint intrare poſt finẽ pñtis vite. Per h̃ igit̃ q͛ labrũ eneũ ĩ q̃ pedes ⁊ manus ſacerdotũ debebãt lauari factũ eſſe d̃r d̃ ſpeculiſ mulieꝝ: ſignificabat̃ practica noticia diuinorũ p̃ceptoꝝ: ex q̃ q̃dez notitia ꝓcedit aqua vere cõtritiõis ⁊ deuotiõis in q̃ pedes ⁊ man⁹ ſacerdotũ. i. affectiones ⁊ opa eoꝝ q̃ miſtratur ſũt ĩ eccl̃ia debẽt lauari p ↄtritionẽ ⁊ ↄfeſſionẽ anteq̃z accedãt ad miſſaꝝ celebratiões.

In ca. xxxviij. vbi d̃r in poſtil. Fecit labrum eneum cum baſi ⁊c̃.

## Additio.

Ultima expoſitio q̃ ponit̃ ĩ poſtilla videt̃ verior: q: mag̃ cõſonat lr̃e. text⁹ eni ver⁹ in hebreo nõ dicit de ſpeculis mulieꝝ: vt ſic illa ſpecula intelligant̃ eſſe materia labij ſeu baſis. ſed dicit ſic: Fecit labrum eneum cum baſi ſua cũ

D ¶ Ca. XXXIX a
A DE hiacyntho vero ⁊ purpura vermiculo
ac byſſo fecit veſtes: quibus indueretur aaron qn̄ mini
ſtrabat i ſanctis: ſicut p̄cepit dn̄s moyſi. Fecit igit̄ ⁊ ſup
hūerale d̄ auro hiacyntho ⁊ purpura coccoq₃ bis ticto ⁊ byſſo retor
ta ope polymitario. Inciditq₃ bracteas aureas ⁊ extenuauit i fila: b
vt poſſit torqueri cū p̄oꝝ coloꝝ ſb tegmīe: duaſq₃ horas ſibijnuicē
copulataſ i vtroq₃ latere ſūmitatū: ⁊ baltheū ex eiſdē colorib⁹ ſic p̄ce
B perat dn̄s moyſi. Parauit ⁊ duos lapides onychinos aſtrictos ⁊ in
cluſos auro: ⁊ ſculptos arte gēmaria noib⁹ filioꝝ iſrl̄. Sex noia i la
pide vno: ⁊ ſex i altero: iuxta ordinē natiuitatis eorū. Poſuitq₃ eos
in laterib⁹ ſuphumeralis in monimentū filioꝝ iſrael ſic̄ p̄cepat dn̄s
moyſi. Fecit ⁊ rationale ope polymito iuxta opus ſuphumeralis ex †
auro hiacyntho purpura coccoq₃ bis ticto ⁊ byſſo r̄torta: q̄drāgulū
duplex mēſure palmi: et poſuit i eo gēmaꝝ ordies q̄ttuor. In p̄mo
C verſu erat ſardius topaçius ſmaragdus: In ſcd̄o carbūculus ſaphi
rus iaſpis: In tertio liguri⁹ achates ⁊ amethiſt⁹: In q̄rto chryſolit⁹
onychinus berillus: circūdati ⁊ incluſi auro p ordines ſuos. Ipſiq₃
lapides duodeci ſculpti erāt noib⁹ duodeci tribuū iſrl̄: ſinguli p no
mina ſinguloꝝ. Fecerūt i rōnali ⁊ catenulas ſibijnuicē coherētes d̄
auro puriſſimo: et duos vncinos: totidēq₃ anulos aureos. Porro
D anulos poſuer̄t in vtroq₃ latere rōnalis: e q̄b⁹ penderēt due catene
auree: q̄s inſeruer̄t vncinis q̄ i ſuphumeralis angul̄ eminebāt. Hec
⁊ an̄ et retro ita ꝯueniebāt ſibi: vt ſuphūerale ⁊ rōnale mutuo necte
rent̄: ſtricta ad baltheū: et anulis forti⁹ copulata: q̄s iungebat vitta
hiacynthia ne laxe fluerēt ⁊ a ſeinuicē mouerēt̄: ſic̄ p̄cepit dn̄s moy
ſi. Fecer̄tq₃ tunicā ſuphūeralis totā hiacynthinā ⁊ capitiū i ſupiori
pte ꝯtra mediū: orāq₃ p gyrū capitij textilē. Deorſū āt ad pedes ma
lapunica ex hiacyntho purpura v̄miculo ac byſſo retorta: ⁊ tintina
E bula d̄ auro puriſſimo: q̄ poſuer̄t int̄ malagnata i extrema pte tuni
ce p gyrum: tintinabulū aureū ⁊ malūpunicū: Quib⁹ ornat⁹ icede
bat pōtifex qn̄ miſterio fungebat̄: ſic̄ p̄cepit dn̄s moyſi. Fecerunt et
tunicas byſſinas ope textili aarō et filijs ei⁹ et mitras cū coronulis
ſuis ex byſſo: femialia q̄₃ linea byſſina. Cingulū vero de byſſo retorta
hiacyntho purpura ac v̄micl̄o: diſtictū artē plumaria: ſic̄ p̄cepit dn̄s
moyſi. Fecer̄t ad laminā ſacre veneratiōis d̄ auro puriſſimo: ſcripſe
F rūtq₃ i ea ope gēmario ſcr̄m dn̄i: ⁊ ſtrinxer̄t eā cū mitra et vitta hia
cynthina ſic̄ p̄cepit dn̄s moyſi. Perfectū ē igr̄ oē op⁹ tabnacl̄i ⁊ tecti
teſtimonij. Fecer̄tq₃ filij iſrl̄ cūcta q̄ p̄cepat dn̄s moyſi: ⁊ obtuler̄t ta
bernaculū ⁊ tectū: ⁊ vniuerſa₃ ſuppellectilē anulos tabulas vectes
colūnas ac baſes: optoriū d̄ pellib⁹ arietū rubricatl̄: ⁊ aliud opimē
tū d̄ hiacynthis pellib⁹: velū arcā vectes ꝓpitiatoriū mēſa₃ cū vaſiſ
ſuis ⁊ ꝓpoſitiōis panib⁹: cādelabrū: lucernas
⁊ vtēſilia eaꝝ cū oleo: altare aureū ⁊ vnguētū
thymiama ex aromatib⁹: ⁊ tētoriū i itroitu ta
bernacl̄i: altare eneū: retiaculū: vectes ⁊ vaſa
ei⁹ oia labrū cū baſi ſua tētoria atrij ⁊ colūnas
cū baſib⁹ ſuis tētoriū i introitu atrij funiculoſ
q₃ illi⁹ ⁊ paxillos. Nihil ex vaſis defuit q̄ i mi
niſteriū tabnacl̄i ⁊ i tectū federiſ iuſſa ſūt fieri.
Veſtes q̄₃ q̄bus ſacerdotes vtunt̄ in ſanctua
rio: aarō. ſ. et filij ei⁹: obtuler̄t filij iſrael: ſicut p̄
ceperat dominuſ. Que poſtq̄ moyſes cuncta
vidit completa: bn̄dixit eis. ¶ Ca. XL
a L Ocutuſq₃ eſt dn̄s ad moyſen dicens: c

a ſ aprili. ſ. quo paſca iudei celebrant. ſ ſecundi anni.
b ſ in principio gratie.

Menſe p̄mo die p̄ma mēſis eriges tabernacu d†

G Glo. ordi.
L Ocu ¶ Ca. XL
tuſq₃ ē dn̄s ad
moyſen dicēs.
Menſe p̄mo ⁊c. Stra.
Prim⁹ anni mēſis ipe
ē niſan: q̄ ⁊ aprilis in q̄
iudei paſca celebrabāt
⁊ tabernaculū erectu₃
Allego. eſt. Allegorice aūt pri
mus menſis ſignat ini
tiū gratie: qn̄ taberna
lum dei. i. eccl̄ia erecta
eſt: cū xp̄s. ſ. crucifixuſ
de latere ſuo produxit
myſteria ſanguinis et
A aque: q̄b⁹ eccl̄ia dedi
cat̄ ⁊ ꝯſecrat̄. ¶ Et no
tandū q̄ hic p̄m⁹ men
ſis ſecundi anni fuit:
pri

Additio
a ſpeculis mulieꝝ: vl̄ in ſpeculis mu
lieꝝ ⁊c. ⁊ eſt ſenſus q̄ fecit labium
eneū cū baſi ſua: vt. ſ. fuerat ſibi p̄
ceptū. ⁊ etiā cū ſpeculis mulieꝝ cir
cūquaq₃ poſitis ad ornatū. vl̄ fecit
labiū eneū i ſpeculis mulieꝝ. ſ. con
b tentū. ⁊ ſic nō oportet q̄ li fecit hic
accipiat̄ niſi ſm̄ cōem ſui ſignifica
tionem ⁊c. ¶ Ca. XXXIX
D E hiacyntho. Hic ponit̄ ex
ecutio opis q̄ſtū ad veſtes
ſacerdotū. ⁊ p̄mo de ſuphu
merali. b Inciditq₃ bracteas. i.
laminas tenues: vt ex illis poſſent
fieri fila. ſcd̄o d̄ rōnali. ibi: Fecit et
† rationale. tertio de tunica hiacyn
thina. ibi: Fecerūt q̄₃ tunicā. quar
to de veſtib⁹ byſſini₃. ibi: Fecerūt
⁊ tunicas: ⁊ mitras cum coronulis
⁊c. Erāt eni circuli in mitris illis ī
pte iferiori q̄ vocant̄ hic coronule.
quinto de lamina ſacra. ibi: Fecer̄t
et laminam ſacre vnctionis. Cete
ra patent ex dictis. ſ. xxviij. ca.

Moralr̄. ¶ Ca. XXXIX
† Fecit ⁊ ra
tionale ope poly. ⁊c. Per rationa
le iudicij in q̄ oſtēdebat̄ q̄d agi de
beret aut dimitti pōt itelligi bon⁹
p̄nceps aut p̄latus ſecularis vel re
ligioſus. p cui⁹ iudiciū debent agi
vel dimitti opa ſubditoꝝ. In h̄ au
tem rōnali fuerunt q̄ttuor ordines
lapidū p̄cioſoru₃: ⁊ in quolibet or
dine tres lapides p̄cioſi. Igit̄ per
quattuor ordines intelligunt̄ q̄ttu
or virtutes cardinales cū adiūctis
ſibi virtutib⁹ que debent eſſe in iu
dicibus bonis ſecularibuſ aut reli
gioſis. Prim⁹ ordo ptinet ad pru
dentiā que eſt auriga virtutū: ⁊ ſ₃
Tulliū ipſius prudentie ſunt tres
ptes. ſc₃ memoria reſpectu p̄ceden
tiū: intelligentia reſpectu p̄ſentiū:
et ꝓuidentia reſpectu futurorum.
Secundus ordo ptinet ad iuſticiā
cui⁹ ſm̄ ph̄m. v. Ethi. ſunt tres par
tes. ſ. iuſticia diſtributiua penaru₃
⁊ honoꝝ ſm̄ demerita ⁊ merita ho
minū: ⁊ cōmutatiua que eſt ꝓprie
mercatorū: ⁊ epikeya que eſt ꝓprie
iudicū dirigens eos in caſu parti
culari ad legiſlatoris intellectum.
Tertius ordo ptinet ad fortitudi
nem que reſpicit pericula belloru₃
ꝓ republica ſuſtentanda: ⁊ ad ca₃
requirit̄ animoſitas i aggreſſu: cō
ſtantia in ꝓgreſſu. ⁊ ſequitur victo
ria i egreſſu. Quartus ordo ptinet
ad tp̄antiā cuius ſunt tres ptes. ſ.
temperātia particularis que eſt re
preſſiua venereoꝝ extra legē matri
monij in cōiugatis ⁊ ſimpliciter in
alijs: et abſtinētia que ē repreſſiua
ciboꝝ: ⁊ ſobrietas potuū. ſm̄ tamē
modū ⁊ regulā recte rōnis.
L Ocutuſq₃ eſt do ¶ Ca. XL
minus ad moyſen dicens.
Poſtq̄ deſcripta eſt taber
naculi conſtructio: hic cōſequenter
deſcribitur eius erectio. vbi p̄mit
titur preceptum domini. cū dicit̄:
d Menſe primo. ſ. ſecūdi anni ab
c exitu de egypto. ſecundo ponit̄ exe
cutio moyſi. cū dicit̄: Fecitq₃ moy
ſes ⁊c. et primo q̄ſtum ad ipſum ta
bernaculum: cum dicitur: Colloca
tum eſt tabernaculum ⁊c. ſecundo
q̄ſtum

Pꝛım⁹ eı ann⁹ añ legeꝫ fuit. ſcđs ann⁹ ſub grā euãgelij cui dñs benedixit.
Pſ.64. Vñ: Bñdices coꝛone anni benigni/ tatˀ tue. Annus eñi benignitatis fu it: quo ſalus humani generis ꝑ hu/ manitatem chꝛiſti apparuit: hoc er/ go anno tabernaculũ dei erectũ eſt: id eſt eccleſia fundata ⁊ exaltata.
¶ Rab. Pꝛimus annus omne tem/ pus legis ante incarnationẽ chꝛiſti. Secundus ab aduentu eiuſ vſqꝫ ad conſummationẽ ſeculi. Quaſi pꝛımo menſe pꝛima die menſis tabernacu/ lum erigitur: cuꝫ in pꝛincipio gratie ſue per chꝛiſtum eccleſie oꝛnatus cõ/ ſtruitur: ⁊ decoꝛ noue hieruſalem fi/ delibus demonſtrat̃: ⁊ ſicut in pꝛımo anno pꝛeparatus eſt ſumptus futu/ ro opi: ita oīm electoꝝ ab initio mũ/ di vſqꝫ ad aduẽtũ domini ſermo vel opus ad inſtructurã eccleſie conue/ niens ꝑ ſcriptoꝛes ve. te. colligit̃: vt doctoꝛes euãgelij his vtant̃ in ꝯfir. matiõe fidei. a Vnges taber. ⁊c̃. Stra. Tabnaculũ cũ vaſis ſuis vn/ ctiõis oleo cõſecrat̃: qꝛ ſctã eccľa q̃c/ quid agit cuꝫ virtutibus ſuis debet dedicare ⁊ conſecrare gratie ſpirituſ ſancti: oleuꝫ quippe vnctionis ſpiri/ tuali grẽ cõparat̃: qua oīm virtutuꝫ opera conſecrant̃. b Applicabiſ/ qꝫ aaron ⁊c̃. Strab. Foꝛes taberna/ culi. i. ſancte eccleſie ſunt apoſtoli: ꝑ quos debet aulam celi ingredi: ad hos applicandi ſunt aaron ⁊ filij ei⁹ i. omnis cetus ſanctoꝛũ: ⁊ maxime ꝑ poſitoꝛum: vt eos imitent̃ et eoꝛum veſtigia ſequantur. c Et vectes. Vectis nõ ſoluꝫ parietes nectit: ſed et columnas introitus confirmat ne coꝛruant aut a recto ſtatu deflectãt: quia dñs ⁊ vtrũqꝫ populũ in vna fi/ de dilectionis ſociauit: ⁊ eoꝛũ docto res vt in fide ⁊ amoꝛe ⁊ p̃dicatiõe ꝑ/ ſeuerent confoꝛtat. Nec mirum ſi et ꝑ capita ipa ⁊ ꝑ vecteꝫ capita ipa cõ tinentem xp̃s accipit̃: qꝛ cuiuſqꝫ ele/
1. Coꝛ. 1. a cti regẽdo caput eſt. Unde caput vi/ ri xp̃s eſt. Et quia nõ ſoluꝫ ſingulos ad querenda celeſtia erigit: ſed etiaꝫ omnes cõtinet: et ne a recto ſtatu de flecti: nec ab inuicẽ diſcoꝛdãdo poſ/ ſint ſeparari vinculo pacˀ cõfirmat. Cui ſimile eſt ꝙ dñs dicit̃ agn⁹ ⁊ pa ſtoꝛ ⁊ oſtiũ: cũ paſtoꝛ agnum paſcat ⁊ ambo intrẽt ꝑ oſtiũ: cum ꝓpꝛie ſit verbum in pꝛincipio. hoꝛũ xo nullũ ſit ꝓpꝛie ſed figuraliter. Paſtoꝛ: qꝛ ducit ad paſcua vite. Oſtium: qꝛ nõ niſi ꝑ illum ꝑuenit̃ ad patrẽ. Agn⁹: q̃a ab egypto ſaluat. Sic ⁊ hic ꝑ ca/ pita figuratur pꝛopter regnum quo ſingulis pꝛeeſt: et per vectem ob ge/ neralem ꝓuidentiam qꝛ omnes con firmat. ¶ Beda. Sic anima ꝓ diuer ſis actionibus diuerſa nomina ſoꝛti/ tur: dum viuificat coꝛpus anima no minat̃: dum vult animus eſt: dũ ſcit mens eſt: dũ recolit memoꝛia eſt: dũ iudicat ratio eſt: dum ſpirat ſpiritus eſt: dum ſentit ſenſus eſt.
d Nec poterant moyſes ⁊c̃. Strab. Moyſes ergo in hoc loco ſicut in a/ lijs pluribus figuram tenet iudaici populi. Moyſes ergo nube obſtan/ te in tabernaculum non poterat in/ trare: quia iudaicus populus nun/ q̃ ſacramẽta ſcripture valuit pene/ trare

lũ teſtimonij: ⁊ pones in eo arcam: dimit teſqꝫ ante illã velũ: et illata menſa pones ſuꝑ eã q̃ rite p̃cepta ſunt. Cãdelabꝛuꝫ ſta/ bit in lucernis ſuis ⁊ altare aureum in q̃ adolet̃ incenſuꝫ coꝛã arca teſtimonij. Tẽ/ toꝛiũ i introitu tabernaculi teſtimonij po nes: ⁊ añ illđ altare holocauſti. Labꝛũ in ter altare ⁊ tabernaculũ: quod implebis aqua. Circundabiſqꝫ atrium tentoꝛijs et
ſ. gratia ſpirituali.
ingreſſuꝫ ei⁹: ⁊ aſſumpto vnctionis oleo
a ſ. eccleſiam. b ſ. ſanctoꝝ. ſ. ſingulis perſonis que ſunt va/ ſa in honoꝛem vnde paulus vas electionis dicitur.
a vnges tabernaculũ cũ vaſis ſuis vt ſan/ ctificent̃ altare holocauſti et oĩa vaſa ei⁹ labꝛũ cũ baſi ſua† Oĩa vnctiõis oleo cõſe
ſ. pꝛepoſitos.
b crabis vt ſint ſctãſctõꝝ. Aplicabiſqꝫ aarõ
ſ. ſubditos. ſ. apoſtolos ſ. eccleſie vel regni celeſtis.
et filios eius ad foꝛes tabernacli teſtimo
a ſ. compunctiõis. b ſ. ne nudi ambulent: et appareat turpi tudo eoꝛum. ſ. virtuoſis operibus.
nij: ⁊ lotos aq̃ua indũes ſanctis veſtibuſ
ſ. digni facti.
vt miniſtrẽt mihi: ⁊ vnctio eoꝝ i ſacerdo dotium ꝓficiat ſempiternũ. Fecitqꝫ moy ſes oĩa q̃ p̃ceperat dñs. Igit̃ menſe pꝛımo anni ſecũdi in pꝛıma die mẽſis collocatũ ẽ tabernaculũ. Erexitqꝫ moyſes illud: ⁊ po
c ſuit tabulas ac baſes et vectes: ſtatuitqꝫ colũnas ⁊ expandit tectũ ſuꝑ tabernacu lũ: ipoſito deſuꝑ opimẽto ſicˀ dñs im pa/ uerat: poſuit ⁊ teſtimoniũ in arca: ſubdi a tis infra vectibus: et oꝛaculum deſuper. b Cũqꝫ itulıſſet arcã i tabnaculũ teſtimõij: appẽdit añ eã velũ: vt expleret dñi iuſſio nem. Poſuit ⁊ mẽſam i tabernaculũ teſti monij ad plagã ſeptẽtrionalẽ extra velũ: oꝛdinatis coꝛã ꝓpoſitiõis panib⁹ ſicˀ pꝛe ceperat dñs moyſi. Poſuit ⁊ cãdelabꝛum in tabernaculo teſtimonij e regiõe menſe in p̃te auſtrali: locatis ꝑ oꝛdinẽ lucernis iuxta p̃ceptũ dñi. Poſuit ⁊ altare aureuꝫ c ſub tecto teſtimonij cõtra velum: ⁊ adole d uit ſuꝑ eo incẽſuꝫ aromatũ: ſicut iuſſerat e dñs moyſi. Poſuit ⁊ tentoꝛiũ in introitu tabernaculi: et altare holocauſti in veſti/ f bulo teſtimonij: offerens in eo holocau/ g ſtum et ſacrificia: vt dominus imperat. †Labꝛũ q̃ꝫ ſtatuit iter tabnaculũ teſtimo h nij ⁊ altare implẽs illđ aq̃. Laueruntqꝫ i eo i moyſes ⁊ aarõ ac filij ei⁹ man⁹ ſuas ac pe des cũ igrederent̃ tectũ federˀ: accederẽt ad altare: ſicˀ p̃cepat dñs moyſi. Erexit et k atriũ ꝑ gyrũ tabernaculi ⁊ altaris: ducto
ſ. vel omnia.
in itroitu ei⁹ tẽtoꝛio† Poſtq̃ cũcta ꝑfecta l ſũt: opuit nubes tabnaculũ teſtimonij: et
ſ. populus iudaicus.
o glĩa dñi ipleuit illđ: nec poterat moyſes m n

q̃ꝫtum ad ea que erant intra ſanctũſanctoꝛũ. ibi: a Po ſuit ⁊ teſtimoniuꝫ. i. tabulas que erant in teſtimoniũ fede ris inter deum ⁊ populum.
b Et oꝛaculũ deſuꝑ. i. ꝓpi/ tiatoꝛiuꝫ. tertio q̃ꝫtum ad ea que erãt extra ſanctũſancto/ rũ in tabernaculo. cuꝫ dicit̃: Poſuit ⁊ menſam ⁊c̃.
c Poſuit ⁊ altare aureum ſub tecto teſtimonij. i. taber/ naculi: quia vocabat̃ taber/ naculum teſtimonij.
d Cõtra velũ. diuidẽs ſan/ ctum ⁊ ſanctũſanctoꝛũ. ⁊ per hoc ꝙ dicit: contra velum. et nõ intra. p̃tꝫ qđ. ſ. dictum eſt xxx. ca. ſ. ꝙ altare incenſi qđ B
eſt idem qđ altare aureũ: nõ †De conſe. diſ. 1. i pꝛi.
erat intra ſanctũſanctoꝛũ: ſꝫ extra inter menſam ꝓpoſitio nis et candelabꝛum. e Et adoleuit ſuper eo incenſuꝫ. ſ. ipſe moyſes qꝛ faciebat offici um ſacerdotale quouſqꝫ aa/ ron et filij eius eſſent cõſecra ti. ſꝫm illos qui dicũt ꝙ conſe cratio ſacerdotuꝫ nõ erat cõ/ pleta die erectionis tabnacu li. ſꝫm alios q̃ dicũt ꝙ illa di/ es fuit dies octaua conſecra/ tiõis ſue: nõ ſolũ moyſes ob/ tulit illo die ſꝫ etiã aaron ⁊ fi lij eius. vt habet̃ Leui. ix. de his opiniõib⁹ dicet̃ Nu. vij. Cõſequenter agit̃ de erectio ne eoꝝ que erant extra taber naculum in atrio. cũ dicit̃:
f Et altare holocauſti i ve/ ſtibulo. i. in atrio. g Offe rens. ſ. moyſes et etiam aarõ et filij eius ſꝫm aliquos rõne C
dicta. h Labꝛũ quoqꝫ ſta tuit inter tabernaculum teſti monij et altare. ſ. holocauſti: non tñ̃ directe inter vtrũ/ qꝫ ſed aliquantulũ a latere.
i Laueruntqꝫ in eo moyſes et aaron ⁊c̃. ſ. q̃ñ fuerunt con ſecrati ⁊ poterãt accedere ad tabernaculum teſtimonij.
k Erexit et atrium. i. colũ/ nas et coꝛtinas claudentes atrium per gyruꝫ tabernacu li. non tamen equale erat ſpa ciuꝫ atrij in circũitu taberna/ culi: quia ante oſtium taber/ nacu li quod erat in parte oꝛi entali ſpacium atrij habebat quinquaginta cubitos i qua drum. in alijs aũt tribus p̃ti/ bus habebat. xx. cubitos la/ D
titudinis excepta ſpiſſitudĩe † ſ. 30. c
parietum tabernaculi.
l Poſtq̃ cũcta ꝑfecta ſunt operuit nubes tabernaculũ. in ſignum diuine acceptatio/ nis et pꝛeſentie ſue.
m Et gloꝛia dñi impleuit il/ lud. i. nubes gloꝛioſa q̃ erat ſignum pꝛeſentie eius non ſo lum ſupꝛa tabernaculum ſed etiã intra. n Nec poterat † Nu. 9. c
moyſes ingredi. ſ. ꝓpt̃ reue/ 3. Reg. 8. b
rentiaꝫ p̃ſentie dñi. et habet̃ ſimile. iij. Regũ. viij. vbi dici tur ꝙ nõ poterãt ſacerdotes

¶ trare. Nubes enī dn̄i p̄ dieˀ incubabat tabernaculo ⁊ ignis in nocte. Hoc loco ignis diuinoꝝ myſterioꝝ ſciam ſignificat. Scriptura enī ſancta ſanctꝭ ⁊ ignoꝛantiā ſuā fatētibꝰ lumē eſt. Iniq̄s xͦo ⁊ ſciam iactātibꝰ nubes: qꝛ excecat eos. Augꝰ. Notāda eſt res mirabilis multū ꝙ nube deſcēdente ⁊ implente tabernaculū (que tn̄ glīa dn̄i dꝛ) nō poterat moyſes ītrare tabernaculū: q̄ in mōte ſina qn̄ legē p̄mitꝰ accepit intrauit in nubē vbi erat deꝰ. Aliā ḡ pſonā tunc figurabat: aliā nūc. Et tūc eoꝝ qui pticipes fiunt intime v̄itatis dei. Nūc aūt iudeoꝝ quibus glīa dn̄i q̄ in tabernaculo ē (qđ eſt grā xp̄i) tanq̄ꝫ nubes opponitꝛ nō eā intelligētibꝰ: ⁊ iō nō intrāt in tabernaculū teſtimonij. Et h̄ credendū ē ſemel factū: moꝛ vt ꝯſtitutū ē tabernaculū ſignificatiōis huiꝰ cauſa vel alicuiꝰ alteriꝰ. Nec ꝫ enī ſemper ſic erat nubes ſup̄ tabernaculum vt moyſes intrare nō poſſet: qn̄quidē nō remouebatꝛ nubes niſi cuꝫ eis dabatꝛ h̄ ſignū diſlūgendi.i. caſtra mouēdi ex eo loco vbi erāt: ⁊ accedēdi q̄ nubes ducebat per dieˀ flāma p̄ noctē. Que duo viciſſim etiā ſup̄ tabernaculū manebāt vbi caſtra poſuiſſent: nubeſ p̄ dieˀ: ⁊ flāma p̄ noctē. In tabernaculo dn̄i erāt tabule quaꝝ anulis erāt infixi vectes ꝺ lignis ſethim: q̄bus poſſent leuari ⁊ poꝛtari de mā̄ſiōe ad manſionē: q̄ oīa myſterijs plena ſunt. Per tabernaculū intelligimꝰ eccl̄iaꝫ p̄ntem: in q̄ ſunt tabule.ſ. ſcti hūilitate pleni: q̄bꝰ q̄nꝫ vectes ſunt affixi.i. ſpūalis notitia. v. libroꝝ moyſi: p̄ quā ſe ⁊ alios ſuſtollāt ad claritatē eťne btitudinis. Per vectes ḡ vt dixīmꝰ. v. li. moyſi ītelligimꝰ: q̄ ſūt Geneſis Exodus Leuiticꝰ liber Nūeroꝝ ⁊ Deutronomiū: in q̄bꝰ ꝯtinetꝛ p̄ncipium mūdi ⁊ medium ⁊ ꝯſummatio. In geneſi deſcribitꝛ creatio mūdi. In exodo recreatio. In leuitico ſacramētoꝝ eccl̄ie adminiſtratio. In libro nūeroꝝ euāgelica p̄dicatio. In deutro. vltima bn̄dictio. Vn̄ ⁊ in bn̄dictiōibꝰ termīatꝛ. Eſt itaꝗ in Geneſi oꝛdo creatiōis. In Exodo myſterium recreatiōis. In Leuitico ſcītas eccl̄iaſtice admīſtratiōis. In libro nūeroꝝ ꝯſolidatio euāgelice p̄dicatiōis. In Deu. ꝯſūmatio eterne bn̄dictiōis. Inter hos autē. v. libros moyſi excellit exodus quē nūc ad manus habemꝰ. In eo enī ⁊ q̄ filijs iſrl̄ in figura ꝯtingebāt: ⁊ myſteria plene ꝯtinentꝛ xp̄i ⁊ eccl̄ie. Hic tn̄ p̄mū de exitu actuali carnaliū filioꝝ iſrael ꝺ hiſtoꝛiali egypto agitꝛ. In q̄ ſignificatur ſpūalis exitꝰ ſpūaliū iſraelitaꝝ ꝺ vera egypto.ſ. de tenebꝛis vitioꝛum. Agitꝛ etiā de trāſitu maris rubꝛi: ⁊ ſubmerſione pharaonis ⁊ exercitꝰ eiꝰ: ⁊ de liberatiōe ppl̄i dei. In q̄ figuratꝛ baptiſmꝰ ſanguie xp̄i ꝯſecratꝰ: in q̄ diaboli vitia ſubmerguntꝛ: ⁊ aīe fideliū liberantꝛ. Agitꝛ etiā ꝺ pugna iſraelitaꝝ cū amalech. In q̄ victoꝛia xp̄i ⁊ ſuoꝝ: ⁊ ꝯfuſio diaboli figuratꝛ. Tādem cathalogo manſionū deſcripto: agitꝛ de lege data in monte ſina: in q̄ nobis innuitꝛ: vt a terrenis ſubleuati: diſcamꝰ ſubijci celeſtibꝰ diſciplinis. Agitꝛ itẽꝝ de cōſtructiōe tabernaculi ⁊ vaſoꝝ eiꝰ de veſtibꝰ ſacerdotuꝫ et vnctiōe. in q̄ intelligitꝛ p̄ns eccl̄ia: ⁊ diuerſe pſone fideliū diuerſis officijs deputate: ſic vaſa diuerſis vſibꝰ deputata erāt vel officijs: ⁊ ſacramentorum ⁊ oꝛationū ſacrataruꝫ ſuauiſſima odoꝛamēta. De his hactenꝰ nūc dicendū eſt ꝙ ſm̄ oꝛdinē hiſtoꝛie ⁊ ſm̄ allegoꝛiā ꝯgrue ī pentateucho ſcđs eſt liber iſte. poſtq̄ꝫ enī ī geneſi egit ꝺ creatiōe celi ⁊ terre ⁊ de introitu filioꝝ iſrl̄ in egyptū: cōgruit vt ꝯſequēter de exitu eoꝝ agat. Ecce qđ iuxta oꝛdinem hiſtoꝛie congruit. Iuxta allegoꝛiam quoꝗ nō incongrue factuꝫ eſt. Nam poſtq̄ꝫ dixit de carnali generatione: qua p̄ peccatum p̄mi hominis naſcimur filij diaboli: cōgruit vt ſtatim ſubdat de regeneratiōe ſpūali: qua p̄ iuſtificationē ſecundi hoīs.i. xp̄i renaſcimur filij dei. Liber autē iſte vocatꝛ Exodus grece: elle ſmoth hebꝛaice: exitꝰ vl̄ egreſſus latine. Iō qꝛ de exitu filioꝝ iſrael de egypto agit. Sed queri pōt cur liber iſte dicatꝛ Exodus: qꝛ de exitu illoꝝ agit: cū ī p̄ncipio nō de exitu: ſꝫ ꝺ īgreſſu illoꝝ agatꝛ. Ad qđ dici pōt: qꝛ q̄uis ſp̄aliter de exitu illoꝝ agere intēdat: tn̄ qꝛ nullū tp̄s ꝓfluxit inter exitum de quo hic agit: ⁊ ingreſſuꝫ in quo p̄mū liber terminatꝛ: vel terminauerat: vt cōpetentiꝰ iūgat narrationē ſuā breuiter. p̄iꝰ repetit ꝺ introitu: ⁊ ita meliꝰ deſcēdit ad exitū. Sic ⁊ nos in noſtris ſmonibꝰ facta lōga īterpoſitiōe dicturi alia repetimꝰ ſup̄ioꝛa: vt meliꝰ dicta cōtinuemꝰ. His ꝯſideratis vidēda ē materia que ē coꝛpalis exitꝰ filioꝛum iſrl̄ de egypto: ⁊ ſpiritualis exitus ſanctoꝝ de mūdo. Intētione admonet nos ſpūaliter exire de confoꝛmitate mundi ſicut illi qui coꝛpaliter exierūt ꝺ egypto: vt ſicˀ fuimꝰ ꝯfoꝛmes ſecl̄o: ita ſimꝰ ꝯfoꝛmes deo. Modus talis ē breuitꝛ tangēs de īroitu filioꝝ iſrl̄ in egyptū: agit ꝺ eoꝝ multiplicatiōe: deinde ꝺ nouo rege: q̄ ignoꝛauit ioſeph: ⁊ cepit affligere populum. deinde de plagis egypti. Tandē de exitu illoꝛū ⁊ de tranſitu maris rubꝛi ⁊ ſubmerſione egyptioꝛum. Tandem p̄uenit ad montem ſina: ī quo lex data eſt: ⁊ agit de tabernaculo ⁊ vaſis eius: ⁊ de veſtibus ſacerdotuꝫ ⁊ vnctiōe ſic ⁊ terminatꝛ. Nota ꝙ cū eadē ſit ⁊ indiuiſa hiſtoꝛia quā ꝓpoſuit ſibi moyſes deſcribendā: tn̄ per capitula ⁊ partes ſiue per libꝛos eam diſtinguunt: vt lectoꝛibꝰ faſtidium auferatꝛ ſicut viatoꝛ viā q̄ eſt indiuiſa: diuidit p̄ dietas vt laboꝛ minuatur: ⁊ abſit faſtidium.

¶ Secreta ſcripturaꝝ. ¶ ꝓfunditate ſcripture.

ingredi tectū fęderꝭ nube op̄iēte oīa: et maieſtate dn̄i coꝛuſcante: qꝛ cuncta nubes op̄uerat. Si qn̄ tabernaculuꝫ nubes deſerebat: ꝓficiſcebantꝛ filij iſrael p̄ turmas ſuas: ſi pendebat deſuper: manebāt in eodeꝫ loco. Nubes quippe a dn̄i incubabat p̄ dieˀ tabernaculo: et ignis in nocte: videntibus b cunctis populis iſrael p̄ cunctas manſiones ſuas.

Explicit Elle ſmoth: id eſt liber Exodus.

ſtare ⁊ miniſtrare ꝓpťˀ nebulā: non qꝛ obſcuraret eoꝝ aſpectū ſꝫ qꝛ erat diuine p̄ſentie ſignū. vn̄ ibi ſubditꝛ: Impleuerat enim glīa dn̄i domū dn̄i. ⁊ iō nō poterāt ibi ſtare ꝓpťˀ dei reuerentiā: ſicˀ ⁊ moyſi volenti appꝛopinquare ad rubū dictuꝫ eſt: Ne appꝛopies inquit huc. cuꝫ aūt nubes receſſit de medio tabernacl̄i ſtās ſupꝛa tabernaculū: ſignum fuit ꝙ moyſes tūc poterat ingredi ad miniſtranduꝫ: ſꝫ qn̄ nubes tabernaculū deſerebat: ita ꝙ nō ſtabat ſupꝛa tab̄naculuꝫ īmediate erat ſignū motiōis caſtrorū ⁊ ſequebantꝛ nubem et vbi quieſcebat nubes ibi ponebant caſtra. a Nubes q̄ppe dn̄i incubabat p̄ dieˀ. ad refrigeriū eſtus ſolis. b Et ignis ī nocte. ad p̄ſtādū beneficiū lucꝭ. Vt aūt p̄dicta meliꝰ intelligantꝛ exp̄ſſi ī figura ſituꝫ tabernaculi ⁊ atrij ⁊ eoꝛū q̄ erāt intra ip̄a ꝓut ī plano figurari pn̄t: ſꝫ opoꝛtet multa ſupplere p̄ imaginationeꝫ. Circuli parui in circūitu huiꝰ ſpacij poſiti ſignificāt colūnas atrij. linee v̄o ꝓcedentes a circulo in circūitu ſignificāt coꝛtinas ad columnas pendētes ⁊ atriū claudētes. totum ſpaciū aūt intra ꝯtentū debet intelligi centū cubitoꝝ longitudinis ⁊ q̄nquaginta latitudinis. ⁊ medietas huiꝰ ſpacij ab oꝛiente vſꝗ ad tabernaculū intelligēda eſt quadrata equilatera.ſ. q̄nquaginta cubitoꝛuꝫ lōgitudinis ab oꝛiēte in occidentē. ⁊ q̄nquaginta latitudinis.ſ. ab aquilone verſus meridieꝫ: ⁊ in h̄ ſpacio an̄ tabernaculū debet ſituari altare holocauſtoꝝ. In alia v̄o medietate totiꝰ ſpacij debet ſituari tabernaculū habens triginta cubitos longitudinis et. x. latitudinis a poſterioꝛi p̄te tabernaculi vſꝗ ad coꝛtinas atrij verſus occidentem ſpacium. xx. cubitoꝛum latitudinis: ⁊ a latere tabernaculi aquilonari vſꝗ ad coꝛtinas ſpacium viginti cubitoꝛum: et ſimiliter a latere eius meridionali vſꝗ ad coꝛtinas ſpacium viginti cubitorum. ⁊ ſic patet ꝙ medietas ſecunda intra coꝛtinas contenti totius ſpacij quinquaginta cubitos habet longitudinis: et q̄nquaginta latitudinis. ⁊ defectum pictoꝛis in hoc intellectus ſuppleat inſpectoꝛis. In oꝛientali vero parte tabernaculi ſituandum eſt candelabꝛum: menſa pꝛopoſitionis ⁊ altare incenſi. In occidentali vero parte eiꝰ ſituanda eſt arca: duo cherubin: et pꝛopitiatoꝛiuꝫ in locis infra deſcriptis.

**Moꝛaliter.** † Menſe p̄ Ca. XL mo p̄ma die menſis eriges tabernaculum. et hoc ſm̄ ſuas partes deſcriptas ſuperius ⁊ expoſitas: tamen per hoc tabernaculum domini conuenienter pōt anima fidelis intelligi: nam in ea dominus per gratiam inhabitat. Apoč. xxj. Ecce tabernaculū dei cuꝫ hominibus ⁊c. Hoc aūt tabernaculuꝫ ſurſum erigitur p̄ ſpem bonoꝝ celeſtiū ex meritis ⁊ gratia ꝓueniētem: ⁊ figitur ſeu ſtabilitur p̄ firmā fidē eoꝝ q̄ tenet ⁊ docet ſancta mater eccleſia: et dilatatꝛ p̄ dei ⁊ pꝛoximi charitatē: et iſta fiūt p̄mo menſe p̄ma die menſis.i. in initio vite p̄ſentis ⁊ hoc q̄tuꝫ ad pueros baptiçatos ſm̄ habitus dictarū virtutū qui dantur diuinitus in baptiſmo: ſed actus eaꝝ tunc apparent qn̄ incipiūt habere vſum rationis vt ſic cū gratia operetꝛ liberū arbitriū ad cōſecutionem vere beatitudinis. Quā nobis concedat ieſus chꝛiſtus qui cum patre ⁊c.

Explicit Exodus.

¶ Eſicius ⁂ Inci